

*Disputationum Theologicarum*

ANTI-SOCINIANARUM

COMPENDIUM,

*Habitarum in illustri Academiâ Lugduno-Batavâ.*

P R Æ S I D E

JOHANNE HOORNBEEK,  
S. S. Theol. Doct. & Professore,

*Respondente*

MICHAELE RIMASZOMBATHI,  
L. A. M. Hung.

*Editio altera.*



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ JOHANNIS RIBBII,  
Bibliopolæ. Anno cDcLcLXVI.



R-MV-3468

BCU Cluj / Central University Library Cluj

## DISPUTATIO THEOLOGICA,

## ANTI-SOCINIANA,

## P R I M A,

## D E

## S. S C R I P T U R A,

## T H E S I S I.



*Um in S. Scripturâ aliqua vera sit Scripturarum inter se dissensio, & repugnantia? Neg.*

Arg. i. Quia Scriptores in omnibus, & semper dum scripserunt, acti sunt à solo, immediato, & infallibili ductu Spiritus Sancti. II Pet. I. 19, 20.

II. S. Scriptura tota est pura, perfecta, & divinissima. II Tim. III. 16.

III. Nulla sunt, in Scripturâ ita levioris vel nullius momenti, (qualia dicit Socinus, in hac Disputatione) ut in iis vel errarint, vel sibi contradixerint S. Scriptores.

IV. Tum grave præjudicium ex illâ sententiâ oriretur toti S. Scripturæ.

v. Sequeretur quoque, quod fides in Sacra Scripturam incumbens, neque certa possit esse, neque prorsus divina.

vi. Non potest ostendi, in quibus rebus Scriptores S. erraverint, quin in loca obscura & *ὀραυριστὰν*, cum ab aliis, tum ab ipsis Adversariis adferuntur variæ, & commodæ solutiones.

## II.

*Num S. Scripturæ textus authenticus pluribus in locis per omnes Codices universaliter sit immutatus atque depravatus? Neg.*

Arg. I. Quia Deus de Verbo suo testatur, atque promisit, illud semper, & in omnibus, etiam minimis, fore purum, & permanens idem. Matth. v. 18. 1 Petr. i. 25. Psalm. xlii. 5. 1 Pet. ii. 1.

Secundò, quia providentia & fidelitas Dei occupantur in hoc, ut Verbum suum conserveatur, maneatque idem quod unquam fuit.

III. Illud etiam requiritur, ut semper sit canonicum, & infallibilis regula fidei ac morum.

IV. Neq; Ecclesia, cui concredita sunt eloquia Dei, Rom. iii. 1. ita defuit suo officio, ut non conservaret integrè Scripturam Sacram. Hoc magis, quo ex Scripturâ se habere scit vitam æternam. Joan. v. 39.

Qui

v. Quin impossibile est, per immensam Codicum sacrorum varietatem, & continuum usum, illos ita immutari & depravari, ut non ex probationibus exemplaribus error indicari & corrigi possit.

vi. Jam loca Scripturæ proferre deberent Adversarii ista depravata, neque meliorum Codicum fide corrigenda, ob quæ Scripturam mutatam ajunt: quod non faciunt, & difficilia quæ sunt longè alio modo explicant ipsi, quam mutationem causando vel depravationem.

Denique, si pluribus in locis depravatus S. Scripturæ textus authenticus, jam totius Scripturæ labascit fides atque infallibilitas.

## III.

*Num aliqui Veteris Testamenti libri sacri & Canonici perierint? Neg.*

Arg. I. A divinâ providentiâ, libros suos fideliter conservante,

II. A pietate Ecclesiæ, thesaurum istum diligentius versante, quam ut tantâ libri integri parte possit mutilari. Rom. III. 2. II Pet. I. 19.

Tertio, à librorum sacrorum usu & fine, ut sint perpetuus & immobilis canon religionis Ecclesiæ omni tempore existentis. Rom. xv. 4. I Cor. x. 11.

## IV.

*Num sub Novo jam Testamento, Veteris Testamenti lectio non sit necessaria, magnique adeo momenti? Neg.*

Arg. I. Scriptura etiam Vet. Testamenti est divinæ dignitatis & auctoritatis. II Tim. III. 16. II Petr. I. 20, 21.

Deinde, Novum Testam. Veteri necessariò eget, ad sui veritatem probandam, & confirmandam. Luc. XXIV. 27. Actor. XXVI. 22. & XVII. II.

Tertiò, propter articulos religionis, quorum uberior cognitio & explicatio haberi potest ex Testamento Veteri, quam Novo. v. g. de creatione, lapsu, Ecclesiâ primorum temporum, &c.

IV. Et Nov. T. confirmat auctoritatem, usum, & lectionem Veteris. Joan. v. 39. Luc. XVI. 29, 31.

Quintò, & Veteris Testamenti Scriptura, unà cum Novo, præstat fundamentum Ecclesiæ, quæ super utramque ædificatur. Eph. II. 20.

VI. Et propterea multi usus adhuc hodie & in perpetuum est Scripturæ Vet. Testam. lectio.

VII. Ad hominem: ergo quæcunque adferunt vel probant, aut probare nituntur

Ad-



Adversarii eorum suarum ex V. T. nobis tanti non erunt momenti.

## V.

*Num sine internâ ac singulari illuminatione Spiritus Sancti, S. Scriptura rectè piè & salutariter intelligi atque observari possit? Neg.*

Arg. I. Testatur enim illud Scriptura, variis in locis. Matth. xxvi. 17. I Corinthi. II. 10, 11, 12. Eph. II. 11.

Deinde Spiritus Sancti gratiæ & operationi illud attribuit. I Corinthi. xii. 3. Phil. II. 13. Joan. vi. 44, 65. Deut. xxx. 4.

Tertiò, quia longè superant Scripturæ mysteria captum & vim nostræ rationis. I Cor. II. 7. &c. Matth. xiii. 11. Ephes. vi. 19.

Quartò, prout nunc est ratio in nobis corrupta, ei & adversantur. Rom. viii. 7. & III. 11. I Cor. II. 19. & I. 21, 23.

Quintò, singulariter Deus promittit, se hunc in finem Spiritus sui gratiam indulturum; ut Scripturam intelligere possimus, & tum credere ei, tum obedire. Jezech. xxxvi. 25, 26. Joan. xiv. 16, 17. & xvi. 12, 13.

Præterea, in exemplis eorum qui crediderunt, id manifestum, & notatur, quod Deus eorū corda aperuit & tetigit, uti crederent Verbo ipsis prædicato. Actor. xvi. 14. I Corinthi. i. v.

6. Luc. xxiv. 48. &amp; Joan. II. 27.

Denique propterea, ut summe necessariam, precamur nobis gratiam Spiritus Sancti. Act. viii. 31. Ephes. I. 17, 18. Col. I. 9. Joan. xvii. 17.

## VI.

*Num ratio humana sit iudex controversiarum fidei, & Theologicarum? Neg.*

Arg. I. quia ratio nunc est corrupta, caeca, &amp; perversa. Matth. xv. 14. &amp; Cor. III. 5. Eph. v. 8. &amp; IV. 17, 18. I Cor. II. 14. Rom. viii. 7.

Deinde, est saltem fallibilis: nequit ergo esse iudex controversiarum Theologicarum, aut divinæ &amp; infallibilis veritatis.

III. Fidei res mysteria sunt rationi: ergo supra ejus vim &amp; orbem. I Cor. II. 14. I Tim. III. 16. Matth. XIII. 11. I Cor. II. 7.

Quartò, contra dignitatem est Scripturæ, ipsam, ejusque interpretationem subjacere rationi.

V. Contrà, jubemur in Scripturis mentem nostram captivare, &amp; subicere Verbo. I Cor. II. 5.

Sextò, &amp; propterea Christus, Propheta, Apostoli, nunquam in disputationibus remittunt homines ad rationem iudicem; semper ad Scripturam. Joan. v. 29. Jes. VIII. 20. &amp; Pet. I. 19. &amp; Tim. III. 14.



Præterea, ratio si iudex esset, credendorum ultima analysis fieret in nos ipsos, & crederemus, quia sic nobis videtur: quum formalis ratio fidei hæreat in divinâ veritate, & credamus propter Deum, non propter nos, & quia Deus dicit, non verò nos sic vel aliter sentimus. 1 Thess. 11. 13.

Denique hoc est, quod contra Papistas hætenus evicerunt Theologi & demonstrarunt, iudicem controversiarum non esse alium, quam Scripturam, vel Spiritum S. in Scripturis loquentem.



## DISPUTATIO SECUNDA:

D E

## R E L I G I O N E.

## T H E S I S I.



*N* aliqua de Deo notitia hominum animis insita sit, & naturalis? Aff.

Arg. i. ex lege naturæ, quæ nequit esse absque cognitione Dei. Rom. 11.

12, 14, 15. 1 Cor. XI. 14.

Deinde, ex sensu & testimonio conscientiæ naturalis. Rom. 11. 15, Menander: *βροτοῖς ἔμπροσθεν συνείδησις Θεός.*

III. Quia veritas illa, Deum esse, tam nota, certa, & indubitabilis est omnibus, ut negari à quoquam nullo modo possit, explicatis terminis, non magis atque ulla propositio per se notissima.

IV. Ex necessitate religionis, quam ipse Crellius ponit tertio loco, ad constituendam Rempublicam. Nam Crellii hinc alia sententia fuit, à Socino.

v. Ex consensu ipsorum Ethnicorum, populorum, gentium, hâc unâ in re non diffidentium.

## II.

*An ex rerum creaturarum contemplatione, aliqua de Deo notitia acquiri possit?*  
Aff.

Arg. 1. Testatur id Scriptura. Psalm. xix. 2, 3. Rom. 1. 19, 20. Act. xiv. 16, 17. Psalm. viii. & civ. & cxlv. 15. cxlvii. 7, 8, 9. Matth. vi. 26. Act. xvii. 26, 27, 28. Psalm. lxxix. 35. & ciii. 22.

Deinde, Philosophia idem probat, ex concatenatione causarum.

III. Consensus omnium hominum, Christianorum, Judæorum, & Gentilium quoque.

## III.

*Num religio duabus modo contineatur partibus, præceptis divinis, & promissis? annon etiam notitia credendorum ejus constituat partem?* Neg. prius: Aff. posterius.

Arg. 1. Quia hæc etiam est pars fœderis divini. Jerem. xxiv. 7. & xxxi. 33, 34. Hebr. viii. 8.

Deinde, Scriptura non minus hanc partem docet, & tractat, quam illam. Heb. vi. 1, 2. 1 Cor. iii. 11, 12. 11 Tim. iii. 16. Ter-

Tertiò, virtutes religionis non sunt tantum spes, & charitas; sed fides quoque. 1 Cor. xiii. 13. 1 Thess. i. 3.

Quartò, neque minus Scriptura præcipit notitiam rectam Dei, & rerum divinarum, quam reliqua. Jer. xxxi. 34. Joan. xvii. 3. 11 Petr. i. 5. 1 Tim. ii. 4. Hof. iv. 1, 2.

Quintò, sine verâ de Deo notitiâ, nulla potest esse praxis pietatis, vel salus. Rom. iii. 11. 11 Thess. i. 8. Tit. i. 1. Jesa. xix. 21. Joan. iv. 10. Ephes. iv. 13.

Sextò, imo & loco universi cultus, ac religionis, venit notitia. Jerem. xxxi. 34. Matth. xiii. 11. Col. i. 9, 10. Phil. iii. 8. 1 Tim. ii. 4. Jesa. liii. 11. Joan. xvii. 3.

Septimò, atque inde peccata post adeptam notitiam habentur gravissima, & aliqua irremissibilia, quia tanti momenti in religionis negotio illa est. Hebr. x. 26. Matth. xii. 32.

Denique, idem ostenditur ex Symbolo, quod dicitur, Apostolico.

## IV.

*Num articuli ad salutem fundamentales sint paucissimi? iique demum, quos Sociniani pro talibus habent, de Deo quod sit unus, æternus, perfectè iustus, perfectè sapiens, perfectè potens? Neg.*

Arg. i. Quâ ratione Sociniani ista, quæ dicuntur

cunt, fundamentalia faciunt, eâdem nos reli-  
qua, non minus in hunc censum referenda dici-  
mus, de Trinitate, Christo, justificatione,  
sanctitate, &c.

II. Et de Deo non minus necessaria sunt,  
quis Deus, & quod Personis trinus, quod spiri-  
tualis, infinitus, bonus, & omnino immuta-  
bilis est, quam cætera.

III. Omittunt maximè fundamentalem ar-  
ticulum religionis Christianæ, de Christo, ejus  
personâ, & officiis.

IV. De homine, ejus miserâ, redemptione,  
sanctificatione, & statu post hanc vitam.

V. Omittunt quoque, & immeritò articulum  
de S. Scripturâ, ejus auctoritate, & usu.

BCU Cluj / Central University Library Cluj

## COROLLARIUM.

*Quæ Philippus Rovenius, archiepisco-  
pus Philippenfis, scribit, in libro de Missi-  
onibus, ad propagandam fidem, part. v.  
ubi disserit, quid observandum sit iis, qui  
ad partes Belgii hæreticis subjectas mit-  
tuntur, quod hæretici vident, Prædican-  
tes suos circa moribundos anxios fere  
esse,*



esse, nec libenter accedere infirmos, sed ad hoc officium habere alios, quos animarum consolatores vocant, qui Scripturas aliquot de misericordia erga peccatores illis prælegunt, ac semper fere eadem repetunt; *quare sacerdotes suos monet, ut occasionem illam aucupentur ægrotos etiam hæreticos visitandi: mera est calumnia, in verbi divini Prædicantes, & moribundos nostros; quæ ipsâ experientiâ, & praxi contrariâ efficaciter refellitur.*

BCU Cluj / Central University Library Cluj



## DISPUTATIO TERTIA,

D E

D E O.

## T H E S I S I.



*Um Dei æternitas, partes ac  
 successionem temporis habe-  
 at, per prius, & posterius?  
 Neg.*

Arg. I. Ex Psalm. xc. 4. II Pet. III. 8.

Deinde, quia æternitas Dei est ipse Deus.

III. Eiusque duratio, quia nusquam incipit,  
 nullibi etiam partes habet successivas.

IV. Estque essentia Dei omnino immutabi-

lis. Jac. I. 17. Malach. III. 6. Psalm. CII. 12,

13. Exod. III. 15.

Quintò, non datur tempus æternum.

VI. Si duratio Dei capit successionem prio-

ris & posterioris; ergò tempore revera mensu-

ratur.

## II.

*An Deus essentiâ suâ sit omnipræsens?*

Aff.

Arg. I. Ex Jos. II. 11. I Reg. VIII. 27.

Psalm.

Pfalm. cxxxix. 7, 8, 9, 10. Jerem. xxiii. 23, 24.

Secundò, quia majoris perfectionis est, pluribus, & omnibus locis præsentem esse, quam minus.

III. Ejus essentia est omni ratione immensa, & infinita.

IV. Neque ita est in cœlis, ut iis includatur, & non etiam sit extra illos.

V. Si Dei virtus ubique præsens est, & potentia; ergo quoque essentia.

VI. An verò Deus secundum locorum spatia est extensus, & mensurabitur? & totum cœlum implens; an verò aliquam ejus partem? si hoc, jam ne quidem est toti cœlo præsens; si illud, quid essentiam ejus loco comprehendit, aut definit?

## III.

*An Deus habeat omnium rerum scientiam, etiam futurarum contingentium? Aff.*

Arg. 1. Deus omnia scit; ergo etiam futura contingentia. Joan. xxi. 17. 1 Joan. iii. 20. Actor. xv. 18.

Deinde expresse Deus in Scripturis dicitur scire contingentia. Psalm. cxxxix. 2, 3, 4, 6.

Tertiò & varias de futuris contingentibus Scriptura continet Dei prædictiones. Ergò. Gen. xviii. 17, 18, 19. & xv. 13, 14. Deut. xxxi. 16, 20. 1 Reg. xiii. 2. & xxii. 28. Jes. xli.

21. 23. Marc. XIV. 30. adde prædictiones de Antichristo.

IV. Contingentia futura, verè sunt futura, ergo Deo nota, qui novit omnem veritatem vel rerum futurarum, vel præsentium, vel præteritarum æquè.

V. Si, verò Deus illa ignorat, ergo tibi fiunt eximuntur divinæ providentiæ.

VI. Atq; Deus videbitur scientiam suam haurire à rebus, & successivam, & mutabilem.

VII. Denique facit ad Dei perfectionem & gloriam, illam in Deo omniscientiam agnoscere, & vereri.

## IV.

*Num attributa seu proprietates in Deo sint accidentia, vel qualitates realiter à Deo, atque inter se differentes? Neg.*

Arg. I. Sacra Scriptura pro eodem agnoscit, essentiam Dei & attributa. Amos. IV. 2, 8. Psal. LXXXIX. 36. Heb. VI. 13. Gen. XXI. 16. Psal. XXV. 7. cum Jes. XLIIII. 25. & Exod. III. 14, 15.

Deinde essentia Dei in se, & à se talis omnino est, qualis per varia attributa significatur.

III. Et vicissim divina attributa necessariò includunt & connotant ejus essentiam.

IV. Prorsus non cadit in Deum ullum accidens.

v. Deus est simplicissimus, & expers omnis compositionis.

vi. Et quia perfectissimus, in se maximè unus.

## V.

*An in Deo sint unius essentiae tres Personae; Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus? Aff.*

Arg. 1. Scriptura docet pluralitatem Personarum, in Deo. Gen. 1. 1, 26. & iii. 23, & xi. 7. Jes. vi. 8. Genes. xxviii. 1, 13, 14, 17, 20.

Secundò docet, Personarum Trinitatem. 1 Joan. v. 7. Matth. xxxviii. 19. 11 Cor. xiii. 13. Rom. I. 3, 4. Luc. I. 35. Matth. III. 16, 17. Joan. xiv. 16, 17. Jesa. xlviii. 15, 16. & lx. 9, 10.

Tertiò docet, & Patrem Deum, & Filium Deum, & Spiritum S. Deum, totidem in uno Deo Personas. De Patre est indubium: De Filio testantur loca, Prov. xxx. 4. Psalm. 11. 7. Hebr. I. 5. Joan. III. 16. Rom. viii. 32. De Spiritu Sancto, Actor. v. 3, 4. 1 Cor. III. 16. Hebr. ix. 14. 1 Cor. II. 10, 11. Psalm. cxxxix. 7. 1 Cor. xii. 11. Actor. xiii. 2. & xxviii. 25.

## VI.

*Num in Deo sint affectus, & variae voluntatis commotiones? Neg.*

Arg.



Arg. I. Quia affectus inultam dicunt imperfectionem.

II. Neque apud Deum possunt esse ullæ causæ concitandorum affectuum.

III. Repugnant Dei beatitudini. 1 Tim. vi. 15.

Quartò, melius & decentius explicatur natura Dei, absque iis.

## VII.

*Num prædestinatio sit decretum Dei æternum, quo voluerit homines in Christum credituros, atque in fide perseveraturos salvare quidem, sed in genere tantum, non in individuis singularibus, quos & atque ubi quis actu credit, an tum demum illum Deus eligat, propter fidem, & fidei obedientiam, electione inchoatâ incertâ, & mutabili; at completâ demum & peremptoriâ, post additam fidei perseverantiam? Neg.*

Arg. I. Omnia in Dei decreto certa sunt, definita, & determinata.

II. Prædestinatio est certorum hominum, non conditionum. Rom. VIII. 29, 30. Apoc. XVII. 8.

Tertiò, electio est ante fidem; non ergo post, vel propter fidem. Eph. I. 4, 5. Rom. IX. 11, 12, 16. Joan. X. 16.

Quartò, & facta ante mundum conditum.  
Eph. 1. 4. 11 Tim. 1. 9.

Quintò, ad fidem, & bona opera, non demum  
ex fide, vel obedientiâ. Ephes. 1. 5. & 11. 10.  
Rom. viii. 30. Joan. vi. 37.

Sextò, si electio ex fide, ergo prima causa &  
fundamentum salutis est à nobis: contra Eph.  
11. 8. 1 Cor. iv. 7.

Septimò, electio est ad ostendendam Dei  
erga nos gratiam, ergo non propter nostra ope-  
ra. Rom. xi. 6. 11 Tim. 1. 9.

Denique causa electionis in Scripturis peni-  
tur in Dei voluntate, & beneplacito. Rom. ix.  
11, 13, 15, 16. Matth. xi. 25, 26. & xx. 15.  
Ephes. 1. 5, 9, 11. 11 Tim. 1. 9. & 11. 19.



## DISPUTATIO QUARTA,

D E

## C R E A T I O N E.

## T H E S I S I.



*Um Angeli, & materia mundi, ante sex dierum creationem, fuerint condita? Neg.*

Arg. 1. Quo tempore

Deus creavit hoc universum, creavit & Angelos, & materiam. Genes. 1. 1. *in principio*, & tum primùm Deus creavit.

11. Et creavit tunc omnia: ergo & illa. Genes. 11. 1, 2. 1 Reg. xxii. 19. Exod. xx. 11.

Tertiò, Scripturæ phrasi æquipollent, fuisse ante mundum, & esse æternum. Psalm. xc. 2. Prov. viii. 22. Jesa. xlii. 38. Ephes. 1. 4. Joan. xvii. 24.

Quartò, creatio Angelorum quando memoratur in Scripturâ, conjungitur cum rerum aliarum creatione, uti factâ eodem tempore. Col. 1. 16.

Denique, si Angeli & materia mundi ante hoc universum, & hexaëmerum sunt creata, er-

go & eorum spatium vel locus; per consequens mundus sive universi orbis, ante mundum, sive cœlum & terram fuit.

## II.

*Annon primus homo à Deo creatus sit justus, ac sanctus? Aff.*

Arg. 1. Nam est factus ad imaginem Dei, quæ in eo consistit.

II. Quia fuit creatus valde bonus. Genes. 1. 31.

Tertiò, ex Eccles. vii. 29.

Quartò, Eph. iv. 24. Col. iii. 10.

Quintò, necessarium id fuit homini, ut præstare posset ea, ad quæ erat factus.

## III.

*An omnes homines nascantur cum peccato originali? Aff.*

Arg. 1. Quæcunque Adamus egit, benè, aut malè, & quæ ab ipso, vel circa ipsum facta, fuerunt generis universi, & non personæ singularis.

II. Ex Rom. v. 12.

Tertiò, omnes homines sunt sub peccato. Rom. xi. 32. & iii. 10, 23. Gal. iii. 22.

Quartò, & peccatum omnibus inest ab origine. Genes. vi. 5. & viii. 21. Psal. li. 7. Eph. ii. 3. Job. xiv. 4. Joan. iii. 6.

Quintò, docet idem experientia, statim ante

rationis usum infantes ad malum pronos esse, antequam quid sit aliorum facta imitari aut sequi, possint cognoscere.

v1. Docent idem Ecclesiae sacramenta, etiam infantibus dari solita, & in Vet. & Novo Testamento, sive Circumcisionis, sive Baptismi.

## IV.

*An mors sit pœna peccati? Aff.*

Arg. 1. Cum bono hominis, in quo creatus fuit, statu, integritate, excellentiâ non convenit summum malum mortis.

11. Ex Genes. ii. 17.

Tertiò, ex Genes. iii. 19.

Quartò, Jezech. xviii. 4. Rom. v. 12. & vi. 23. & vii. 10.

## V.

*Num homo à naturâ possit præstare quodvis bonum? Neg.*

Arg. 1. Quia & obtenebrata & perversa est ejus nunc mens & intellectus. Eph. v. 8. & iv. 17, 18, 19, 20. Luc. i. 79. 11 Cor. iii. 5. 1 Cor. ii. 14. Matth. xvi. 17. Genes. vi. 5. & viii. 21. Rom. viii. 7.

Secundò, similiter se habet voluntas. Eph. ii. 3. & iv. 18. Jerem. xvii. 9. Matth. xv. 19.

Tertiò, sic toti sumus corrupti & perversi. Rom. vii. 17, 18. & iii. 9. & viii. 34. 11 Pet.



II. 19. Ephes. II. 1, 2. Col. II. 13.

Quartò, Religio Christiana, & omnes ejus articuli longè superant naturam, & vim naturalis rationis, ac voluntatis: quapropter mysteria appellantur. Matth. XIII. 11. 1 Cor. II. 7. Eph. VI. 19. Col. III. 2.

Quintò, quia ad bonum egemus regeneratione, conversione, & novâ creatione à Deo, & singulari gratiâ Spiritus Sancti. Eph. I. 18, 19. Joan. XV. 5. & VI. 44. 1 Cor. XII. 3.

---

## COROLLARIUM.

*Magna est affinitas inter dogmata Socinianorum & Remonstrantium.*



## DISPUTATIO QUINTA;

D E

## C H R I S T O.

## T H E S I S I.



*N* Christus sit verus natura Deus, & æternus Dei filius? Aff.

Arg. 1. Deus nominatur verè & propriè, uti Pater; ergo idem cum eo est natura. Gal. 1. 1. Hebr. 1. 8, 9. 1 Tim. iii. 16, Tit. 11. 12. Act. 28. Joan. 22. 18. 1 Cor. 11. 8. 1 Joan. 5. 20. Rom. 15. 5. & Jehova, Joan. xviii. 6. Jes. vi. 9. cum Joan. 12. 41. Deut. xxxii. cum 1 Corinth. x. 9. Psal. xcvi. cum Hebr. 1. 6. Psalm. cii. cum Hebr. 1. 10. Jesa, xlii. 6. cum Apoc. 1. 11. & xxii. 13. 1 Pet. 1. 11. & Filius Dei est, æqualis Deo. Matth. xvi. 16. Luc. 1. 35. Joan. iii. 16. & 1. 14. & v. 18. Rom. 1. 4. & viii. 32. Gal. 1v. 4. Hebr. 11. 5. Psalm. 11. 6. Joan. xvi. 18. & x. 38. & xiv. 9. Coloss. 11. 9.

Arg. 11. Competunt Christo attributa, & proprietates divinæ; æternitas, existentia ante

matrem, Joan. 1. 15. Joan. viii. 58. ante mundum, Joan. 1. 1, 2, 3. Coloss. 1. 15. Hebr. 1. 2. Joan. xvii. vers. 5. & vi. 62. & xvi. vers. 28. & xiii. 8. Apoc. 1. 11. & xxii. 13. Jesa. ix. 6. Hebr. ix. 14. & ejus est omniscientia, Joan. xxi. 17. Apoc. ii. 9, 23. Omnipotentia suae, præter Scripturae loca, tot habet testes, quot miracula, opera profus divina. Joan. v. 19. Jesa. ix. 6. Apoc. 1. 8. Psal. lli. 21. Omnipræsentiam testantur loca, Joan. iiii. 13. Matth. xviii. 20. & xxviii. 20.

Tertium. Tribuuntur Christo actiones merè divinæ. creatio, Joan. v. 19, 21. & i. 3. Col. 1. 16. Hebr. 1. 2, 3. Adde quod miracula fecit tum vi propria, tum quævis, & ut in ipsum homines crederent, atque in propriam suam gloriam. Act. iiii. 12, 13. Matth. ix. 28, 29. & viii. 2. & xvii. 18, 19. Joan. v. 21. cum Psalm. cxv. 3. Joan. ix. 32. Joan. ii. 11. & xi. 4. Actor. iii. 13. denique & aliis donum miraculorum, suo nomine patrandorum, impertit. Quod soli Deo proprium. Matth. x. 1. Marc. xvi. 17.

Præterea inter opera Christi divina præcipuum est, nostra redemptio: quam præstare, solius Dei est. Psalm. xlix. 8, 9. 1 Petr. i. 18, 19. Tit. ii. 13. Joan. i. 7. Matth. i. 21, 23. Jesa. xliiii. 25. Matth. ix. 2, 3. Rom. viii. 33, 34. Luc. i. 47. Tit. ii. 13. Actor. iii. 15.

Quartò, cultus religiosus & divinus Christo defer-

defertur; ergo est verus, & naturâ Deus. Joan. v. 23. & xiv. vers. 1. Neque in ipsum tantum creditur, adde Joan. iii. 15, 16, 18, 36. & vi. 24. Actor. xxvi. 18. sed speratur, Matth. xii. 21. Eph. i. 11, 12, 13. atque adoratur ab omnibus, quum solus Deus sit adorandus. Matth. iv. 10. Jesa. xlii. 8. Gal. iv. 8. Actor. x. 25, 26. Jerem. xvii. 5. Vide, Hebr. i. 6. 1 Cor. i. 2. Rom. xiv. 9. Actor. vii. 59, 60. & ix. 13, 11. Rom. xvi. 20. inque ejus nomen baptizamur. Matth. xxviii. 19. Actor. ii. 38. 1 Cor. i. 13.

## II.

*Num, quamvis homo non peccasset, Christus nihilominus advenisset? Neg.*

Arg. 1. Nam proprium Christi officium est, liberare homines à peccato. Matth. i. 21. 1 Tim. i. 15. Actor. iv. 12. & ii. 40. Matth. xvii. 11. Rom. v. 5.

Secundò, propterea & postquam homo peccavit, & in remedium peccati, demum promissus fuit. Gen. iii. 15. Dan. ix. 24.

Tertiò, in Evangelio ille finis perpetuò assignatur adventus Christi, nimirum hominis redemptio. Matth. ix. 12. & xviii. 11. Joan. iii. 16. 1 Timoth. i. 15. Tit. ii. 14. Galat. iv. 4.

Denique, non fuisset tanta necessitas Christi, quin quod ille aut egerit, sensu Adversariorum,

riorum, aut agere debuerit, vel debuisset homine integro & salvo, tam per alium fieri potuisset, atque per ipsum.

## III.

*Num Christus, tempore quadragesimalis jejunii, in cælum raptus fuerit, ut ibidem, de doctrinâ hominibus patefaciendâ, instrueretur? Neg.*

Arg. 1. Ex silentio historiæ sacræ, de totâ hâc re: cujus Apostoli, qui tamen testes omnium fuerunt, quæ Christus fecit, non meminerunt. Act. 1. 8, 11. & x. 39.

Secundò, Scripturæ tantum unum Christi adscensum in cælos, post resurrectionem, memorant. Hebr. ix. 12. Accedit auctoritas Symboli, ut dicitur, Apostolici, unam tantum profitentis illam Christi adscensionem.

III. Neque Christus, ut erudiretur eguit adscensione præviâ; qui omnia scivit ex se, homines docenda. Hebr. 1. 6, 9. Jesa. xi. 1, 2. Luc. 11. 40. & 111. 22. & 1v. 1, 14, 15. Joan. 11. 34. Actor. x. 38. Col. 11. 3, 9.

## IV.

*An promissio vitæ æternæ, & remissionis peccatorum, ac Spiritus Sancti, & salutis in Christo, Patribus etiam facta, & oblata fuerit in V. Testam. ab iisque cre-*



*credita, & proinde eâdem viâ salvati illi fuerint, quâ salvamur nos? Aff.*

Arg. 1. Petitur ex Joan. v. 39, 34, 40, 46, 47. Luc. xvi. 29, 31. 11 Tim. iii. 15, 16, 17. Eph. ii. 12.

Secundò, etiam lex continebat promissionem vitæ æternæ, quia vitæ omnis in genere. Levit. xviii. 5. Jezech. xx. 11, 13. Rom. x. 5. Galat. iii. 11, 12. Roman. viii. 3. Jesa. liii. 10. Matth. xix. 16, 17. Rom. vii. 10.

Tertiò, promissiones Patribus factæ, complexæ fuerunt omnis generis bona; ergo & vitam æternam. Gen. xv. 1. & xvii. 1. 1 Tim. iv. 8. Matth. xxii. 31, 32, 33. Heb. xi. 16.

Quartò, quibus factæ promissiones de Christo Salvatore, iisdem factas quoque promissiones rerum salutarium atque æternarum interpretari debemus. Actor. xix. 4. Rom. ix. 4. Jesa. l. 1. Luc. i. 69, 70. & xxiv. 24, 25. Joan. i. 46. & v. 39, 46. Actor. iii. 24. & x. 43. & xiii. 32. & xviii. 28. & xxvi. 22. Rom. i. 2. & iii. 21. 1 Cor. xv. 3, 4. Ephes. ii. 20. Hebr. ix. 14, 15. 1 Petr. i. 10, 11.

Quintò, nulla alia ad salutem via vel est, vel fuit unquam, quam per Christum, & per fidem in ipsum: si ergo salvati Patres V. Testamenti, per illum salvari oportuit, quia alio modo non potuerunt. Joan. xiv. 6. Actor. iv. 12. Hebr. v. 9. 1 Timoth. ii. 5. Hebr. xii. 8. Apoç.

XIII. 8. Hebr. IX. 25, 26. I Cor. XV. 22.

Sextò, habuerunt jam tum quoque remissionem peccatorum suorum veram, plenam, perfectam: quam & necessariam sibi sciverunt, quia peccatores & rei erant, & proinde non poterunt non & petere à Deo, & impetrare eam, quia fideles; uti absque eâ neque justificari poterunt, neque salvari. Neque enim vel salus sine justificatione, vel justificatio nostra sine remissione, vel hæc nisi plena & perfecta dari, aut concipi omnino potest. Mich. VII. 18, 19. I Reg. VIII. 49, 50. Jesa. LV. 7. & I. 18. & Jerem. XXXIII. 8. Psal. XXXII. 1, 2. quæ non est nuda prædictio de statu N. Testamenti, sed testificatio beatitudinis fidelium quovis tempore & loco, quam non possunt non credentes omnes suam facere & credere. Adde Jerem. XVIII. 23.

Septimò, fides Patrum, eadem, quod ad rem, fuit cum nostrâ. Hebr. XI. 1, & seq. & X. 38. Rom. IV. 1, 2, 3, 12. Gal. III. 6, 7, 8, 16, 17. Joan. VIII. 56. I Cor. X. 3, 4, 6. Joan. VII. 37. II Cor. IV. 13.

Octavò, & eadem spe exspectarunt cælestia. Hebr. XI. 10, 14, 16, 26. Gen. XLIX. 18. Job. XIX. 25, 26, 27. Act. XXIV. 14. Joan. IV. 25. Luc. II. 25. Malach. III. 1, I Petr. I. 12.

Nonò, idem probatur ex celebri testimonio Act. XV. 11.

## V.

*Num Christus alia & nova praecepta, seu legem vivendi perfectiorem tulerit, quam fuit antiqua lex moralis? Neg.*

Arg. 1. Nam lex illa fuit perfecta. Psalm. xix. 8. Deut. iv. 2. & xli. 32. Matth. xxii. 38, 39. Marc. xii. 31. Rom. xiii. 8, 9, 10. Gal. v. 13, 14. Jac. ii. 8. Matth. vii. 12. 1 Timoth. i. 5.

Secundo, Christi officium solum & unicum fuit, homines redimere, & non aliam de novo legem ferre; salvatorem esse, non legislatorem. Matth. xx. 28. Luc. iv. 18, 19, 21. & xii. 10. Joan. i. 15. Rom. iii. 24, 25. & v. 15, 20, 21. 1 Cor. i. 30, 31. 11 Cor. v. 19. University Library Cluj

Tertio, Christi officium, in ordine ad justificationem, fuit oppositum legi. Ioan. i. 17. Rom. viii. 2, 3, 4. 11 Cor. iii. 6, 7, 8, 9. Galat. iii. 2, 13, 14, 18, 19. & iv. 4.

Quarto, nequaquam justificatio contingit per bona opera: nil ergo necesse fuit Christum propterea dare legem priori perfectiorem. Rom. i. 17. & iii. 21, 22, 27, 28. & iv. 4, 13, 14. & x. 4, 5, 6. & xi. 6. Gal. iii. 11.

## 6.

a. *Num praecepto primo Christus addiderit generale mandatum de faciendis precibus?*

*bus? & formulam orationis Dominicæ,  
& præceptum de se invocando? Neg.*

Arg. 1. Etiam in V. T. fuerunt præcepta de invocando Deum; præterquam generale de cultu Dei, Deut. vi. 13. etiam speciale, dedicendis precibus, Psalm. l. 15. & xxi. 15. & xxvii. 8. & xxxvii. 4. Iesa. lv. 6. & lviii. 9.

Et hoc docuerunt leges de cultu publico, & sacrificiis Deo nuncupandis. Genes. iv. ult. Deut. xii. 5, 6, 7. Levit. xvi. 17. 1 Chron. vi. 19. & vii. 12. Luc. i. 10. Prov. xv. 8. Psal. lxix. 31, 32. Num. vi. 22, 27.

Quare & promissiones eadem factæ orantibus illis, quæ sub N. T. Psalm. xxxvii. 4. & xci. 15. & l. 15. & lvi. 23. & xxxii. 6. & cxlv. 18, 19. Iesa. lv. 6. & lxy. 24. 1 Reg. viii. 28.

Neque pauciora orantium piorum exempla sunt sub V. T. ac Novo. Rom. x. 13, 14, 15.

Et contrà, non invocantes Deum illic æquè reprehensi fuerunt, habitique pro manifestis improbis, atque hîc. Psalm. xiv. 4. Ies. lxiv. 7.

In Oratione verò Dominicâ nil ponitur quod ad substantiam, quod non petierint quoque, & oraverint Veteres.

Et invocatio Christi continetur ejus divinitate: quæ quia semper eadem, & ex V. T. probatur quoque, neque Novum Testamentum alium docet invocandum, quam solum Deum, liquet

liquet eam nunc non fuisse additam. Matth. XV.  
10. Psalm. II. 11. & XLV. 12. Jefa. IX. 6. Gen.  
XVIII. & XLVIII. 26. Exod. XXIII. 21. Jefa.  
LXIII. 9. Dan. IX. 17.

§.

2. Num præcepto secundo additum à Chri-  
sto novum, de cavendis idolothytis, &  
fugiendâ omni idololatriâ? Neg.

Arg. Quia illa severissimè fuerunt prohi-  
bita etiam sub V. T. imo frequentius quam  
in Novo. 1 Cor. X. 14. Deut. VII. 25, 26. &  
XII. 2, 3. Exod. XXIII. 13. Psalm. XVI. 4. Hof.  
II. 17. II Reg. XVIII. 4.

§.

3. Num præcepto tertio adjectum, ne levi-  
ter aut temerè juremus?

Tum, quod nunc liceat etiam jurare per  
nomen Christi? Neg.

Nam & in V. T. illicitum fuit temerè jurare:  
& quia Christus est Deus, perque ejus nomen  
non aliter juratur, quam Dei, pertinet hoc ad  
præceptum primum, & eo comprehenditur.

§.

4. Num præceptum quartum sit cæremoni-  
ale, & abrogatum? Neg.

Arg. 1. Quia datum, & observatum fuit  
C etiam



etiam ante usum & institutionem caeremoniarum legalium. Gen. 11. 3.

Secundò, fundatum in Dei ipsius, à creatione, exemplo: quod moralibus non caeremonialibus præire aptum natum est: & quemadmodum pro juramenti religione morali disputamus ab exemplo Dei, quia ipse juravit; sic pro Sabbati, quia & ipse quievit: qui hinc non tantum integrum diem in primo dierum cyclo intervenire ad septimanam voluit, cumq; in factos usus destinavit, sed quoque præcepti quarti posuit fundamentum, exemplum suum.

III. Præceptum illud insertum Decalogo præceptorum decem, non novem, & legis moralis tabulis lapideis: quo lex ea fuit distincta ab aliis. Deut. 10. 13. & x. 4.

Quartò, nullum ejus legis præceptum à Christo antiquatum est, vel Apostolis, qui Decalogi præcepta ubique confirmarunt. Matth. v. 17. & xxii. 37. Roman. xiii. 8, 9. Jac. ii. 8. & Sabbatù quidem castigarunt Judaicum, nunquam verò Decalogenicum, vel Christianum.

Denique, morale est, quod certus & status dies cultui Dei est destinatus, eique tanta quies, quanta ad cultum Dei, sanctamque ejus meditationem est necessaria. Quod æquius & sapientius constitui non potest, quam in quarto legis præcepto à Deo factum est. Quare & natura Ælein docet integra, & recta ratio, esse æquissimum

num, ut tum illam temporis nostri distributionem Deus inire, tum hoc se modo solemniter coli voluerit, abnegatione, & abstinentiâ à labore; quemadmodum à cibo fit in jeuniis.

§.

3. Num ad præceptum quintum addita sint ea, quæ docent officium Magistratus, & subditorum; maritorum, & uxorum; dominorum, ac servorum? Neg.

Quia eadem nota, & præcepta, & curata fuerunt sub Testamento Veteri.

II. Nusquam in Novo, tanquam nova, à Christo adjiciuntur ad legem veterem.

III. Et ex veteri lege eruuntur, & tractantur ab Apostolo. Eph. vi. 1, 2.

Denique ex lege charitatis omnia per se fluunt. Gal. v. 14.

§.

4. Num ad præceptum sextum Christus novum adjecerit, de diligendis inimicis? atque prohibuerit iram, convitia, vindictam, antea non prohibita? Neg.

Nam & lex jussit dilectionem inimicorum, Exod. xxiii. 4, 5. Proverb. xxv. 22. Roman. xii. 20.

Et prohibuit odium, iram, vindictam. Levit. xix. 17, 18.

Præcipiens diligi proximum unumquemque  
sicuti nos ipsos.

§.

9. Num ad præceptum septimum, de novo  
adjectum, quod alienæ uxoris concupi-  
scentia est adulterium, & extra adul-  
terii casum, polygamia, & divortium  
peccata sunt? & cavenda sit omnis, nunc  
magis quam olim, scortatio, impuritas,  
turpiloquium, gestus, & contrectatio  
libidinesa, comestiones, & similia?  
Neg.

Fuerunt enim illa & mala, & prohibita, sub  
Vet. Test. imo ipsâ lege naturæ. Exod. xxii.  
16. Levit. xix. 29. Num. xv. 39. Deut. xxiii.  
17. Job. xxxi. Jcsl. v. 11, 12. Jer. v. 8, 9. Prov.  
vi. 25. & vii. 5. & xxiii. 32, 33. Eccl. xi. 9.

§.

10. Num ad præceptum octavum accesserit,  
prohibitio avaritiæ? Neg.

Quando Deus prohibuit usuram in fratrem  
egenum, prohibuit quoque avaritiam. Exod.  
xxii. 25.

Et iudices jubentur esse ocores avaritiæ.  
Exod. xviii. 21.

Et David adversus eam Deum orat. Psalm.  
cxix. 36. & lxii. 11. Prov. xv. 27. & xxiii.  
4. Jcsl. i. 23. & v. 8.

§.

§.

x. Num ad nonum, omne mendacium, simulationes detractiones, & condemnationes temerarias esse peccata? Neg.

Vide Levit. xix. 11, 16. Exod. xxiii. 1, 7. Psalm. iv. 3. & xv. 3. & ci. 5, 7. Proverb. 14. 24. & vi. 17, 19. & xix. 22. xxxi. 13. Jesa. xxxii. 6.

§.

7. Denique ad ultimum, num Christus addiderit, animum non esse oblectandum concupiscentiâ rei alienæ, neque ejus fovendam esse cogitationem? Neg.

Etenim hæc olim non minus mala fuerunt, & vetita, sub notione generali concupiscentiæ, quam nunc. Rom. vii. 7. Job. xxxi. 1.

§.

Num Christus, præter legem, alia tulerit præcepta propria, videlicet i. de sui abnegatione. ii. tolerantiam crucis. iii. & imitatione sui? Neg.

Arg. i. Continentur illa summâ legis, de dilectione.

ii. Ex Levit. xix. 2.

Tertio, quia sine illis nulla vera pietas, & cultus Dei est.

iv. Abnegatio sui commendatur Deut. xxxiii. 9. & xxx. 6. Jerem. iv. 3, 4.

v. Crucis tolerantia, in Jobo, & aliis. Jac. v. 11. Hebr. xi. Prov. iii. 11. Hebr. xii. 5.

Denique imitatio Christi, in exemplo Mo-  
fis, Hebr. xi. 25, 26.

## VI.

*An Christus passionibus, & morte suâ, pœ-  
nas peccatorum nostrorum in se suscepe-  
rit, & sustinuerit, iisque divinæ justi-  
tiæ, nostri loco, plenè satisfecerit, &  
expiatis peccatis, veram redemptio-  
nem ac salutem nobis adquisiverit? Aff.*

Arg. 1. Christus in se pœnas nostras susce-  
pit. Jesa. l.iii. 2, 3. & I Pet. ii. 14.

Deinde, factus dicitur pro nobis peccatum,  
& execratio. Jesa. l.iii. 10. II Cor. v. 21. Gal.  
iii. 13.

Tertiò, & tulit ideo mortem, peccati pœ-  
nam. Rom. vi.

Quartò, quia mortuus pro peccatis non tan-  
tùm, & propter ea, vel pro nobis, sed omnino  
nostri loco & vice. Jesa. l.iii. 5. Rom. iv. 25.  
I Pet. ii. 21. & iii. 18. II Cor. v. 21. I Cor. xv.  
3. Matth. xx. 28. Joan. x. 11, 15. Luc. xxii.  
19. Tit. ii. 14. Hebr. ii. 9.

Quintò, peccata nostra, suo sanguine, verè  
expiavit. Hebr. i. 3. & ii. 17. & ix. 11, 12. &



x. 19. 1 Joan. ii. 2. & iv. 20. Apoc. i. 5.

Sextò, & Deum hinc nobis reddidit propiti-  
um verus Sacerdos. Rom. iii. 25.

Septimò, Deo nos reconciliavit. Rom. v. 9;  
10. 11 Corinth. v. 18. Eph. ii. 14, 15, 16. Col.  
i. 20, 21.

Octavò, & verè nos ac propriè, dato sangui-  
nis sui lutro, redemit. Matth. xx. 28. 1 Tim. ii.  
5. 1 Cor. i. 30. & vi. 20. Gal. iii. 13. Eph.  
i. 7. Col. i. 14. Tit. ii. 14. Hebr. i. 3. & ix.  
12. 1 Petr. i. 18.

## VII.

*Num Deus, propter obedientiam præcepto-  
rum Christi, hominem justificet? an verò  
propter imputatam ipsi justitiam Chri-  
sti? Neg. pr. Aff. posterius.*

Arg. i. Nullo enim modo justificamur per,  
aut propter nostra opera. Rom. iii. 20, 28, 29.  
& iv. 2, 5. Gal. ii. 16. & iii. 10, 11, 22. Tit.  
iii. 5. Luc. xvii. 10.

ii. Inò justificamur gratis, Rom. iii. 24. &  
iv. 4. & v. 15, 17, 21. & per remissionem pec-  
catorum. Roman. iv. 6, 7. Quare dicitur  
Deus justificare impium. Roman. iv. 5. & v. 10.  
Col. ii. 13.

Tertiò Christus est nostra justitia. Rom.  
viii. 3, 4. Gal. iii. 11, 12, 13, 14. & ii. 16. &  
iv. 4, 5. Philip. iii. 8, 9. Jerem. xxiii. 6.

1 Cor. I. 30. Rom. IV. 25. & V. 17. II Corinth. V. 21.

Quartò, & justificamur illius justitiæ imputatione. Jesa. LIII. 5, II. Rom. III. 24, 25. & IV. 24, 25. & V. 1, 2, 9, 19, 21. II Corinth. V. 15. Gal. II. 16, 17. & III. 24, 25, 26, 27, 28. Phil. III. 9.

Denique justificamur per fidem in Christum, quæ ipsum apprehendit in Salvatorem; ergo non per nostra opera. Joan. I. 12. Rom. III. 28, 30. & V. 2. Eph. II. 8. Gal. II. 20.



## DISPUTATIO SEXTA,

D E

## CONVERSIONE.

## T H E S I S I.



*Um vera probitas sit naturalis, & naturaliter acquisita?*

Neg.

Arg. 1. Quia natura nostra planè est depravata & corrupta. Joan. iii. 6.

1 Cor. ii. 14. Gen. vi. 5. & viii. 21. Rom. viii. 7. 11 Cor. iii. 5.

Secundò, ad veram probitatem necessaria omnino est gratia & operatio Spiritus Sancti, Jezech. xxxvi. 27. Joan. iii. 5, 8. Rom. viii. 9. 14. 1 Cor. iii. 16. & vi. 19. & xii. 3.

Tertiò, & necessaria, ad præstandum aliquod verè bonum, hominis est regeneratio. Joan. iii. 5. Matth. iv. 17. Jezech. xxxvi. 26. Jerem. xxxii. 39. Deut. xxix. 4.

Quartò, quia vera probitas est spiritualis. Rom. viii. 1. Gal. ii. 20. 11 Cor. v. 15.

*An probitas sit à Spiritu Sancto, & singulari ejus efficaciâ, hominem actu conver-  
tente? Aff.*

Arg. 1. Præter Verbum Dei, requiritur alia  
insuper, & interna actio Spiritus S. ad hominis  
conversionem. Deut. xxix. 4. Jerem. xxxi. 33.  
Hebr. viii. 12. Actor. xvi. 14. & Jesa. liii.  
1. Joan. iiii. 5. 1 Corinth. ii. 4, 5, 10, 12, 13.  
& iii. 7.

Deinde, ab illius Spiritus actione, tanquam  
adæquatâ causâ, per novam quasi creationem,  
regenerationem, resuscitationem, est opus con-  
versionis. Jezech. xxxvi. 27. Eph. i. 19, 20.  
& ii. 5, 6. Col. ii. 12, 13. Joan. iii. 5. Ephes. ii.  
10. & iv. 23. 11 Cor. v. 17. Psalm. li. 2. Jerem.  
xxxii. 18. Joan. vi. 44. & xv. 5.

iii. Ac propterea fides & conversio sunt sin-  
gulare Dei donum. Joan. vi. 65. Actor. v. 31.  
& xi. 18. Eph. ii. 8. Phil. i. 29. 11 Tim. ii. 25.  
Deut. xxxix. 4. Act. xiiii. 48.

Denique, nisi à Deo sit conversio, ejusque  
gratiâ & operatione, jam nosmet ipsos discer-  
neremus: contra Apostolum 1 Corinth. iv. 7.  
11 Cor. iii. 5.

Postremò, neque adeo necesse esset, Deum  
orare pro actu conversionis; vel pro eo ipsi gra-  
tias agere, siquidem prorsus hæreat in nostrâ  
manu atque arbitrio. III.

## III.

*Num eò perfectionis quidem homo veniat  
in hac vitâ, ut amplius non peccet?*

Neg.

Arg. I. Semper in piis adhuc est residua caro,  
& vitiositas. Roman. VII. 14. &c. Galat. v.  
16, 17.

Deinde, nemo unquam plenè liber est ab  
omni peccato. 1 Reg. VIII. 46. Eccles. VII. 20.  
Hebr. XII. 1. Jac. III. 2. & Joan. I. 8.

Tertiò, regeneratio, sanctitas, & virtus o-  
mnis in hac vitâ est imperfecta. 1 Cor. XI II. 9,  
10. Phil. III. 12.

Quare IV. omnes semper egent Dei gratiâ,  
& remissione quotidianorum peccatorum.  
Matth. VI. 12.

Denique, nulli usquam designari & produci  
perfecti possunt. Job. IX. 2. Psalm. XIX. 13.  
Prov. XX. 9. Dan. IX. 5.

## IV.

*Num sint peccata aliqua venialia, quæ non  
mereantur mortem?* Neg.

Arg. I. Veniale illud quod appellant, reve-  
ra peccatum est; ergo & meretur poenam, quæ  
peccati non est alia, quam mors. Genes. I I. 17.  
Jezech. XVIII. 20. Rom. V. 12. & VI. 23. 1 Cor.  
XV. 56.

Deinde, sunt contra legem; ergo merentur  
mor-



mortem. Deut. xxvii. 26. Gal. iii. 10. Matth.  
v. 19.

Tertiò, quia contra Deum committuntur.

Quartò, ex Matth. xii. 36, 37.

Quintò, omne peccatum adfert maculam  
peccatori, & propterea prohibet cœlo, in quod  
nihil inquinatum intrare potest, Apoc. xxi. 27.  
Matth. xv. 11, 18. I Cor. vi. 11.

Sextò, & qui in uno offendit, omnium se fa-  
cit reum. Jac. ii. 10.

## V.

*Num renati & fideles quidem plenè defi-  
ciant à Deo, & ab omni ejus in Christo  
Jesu gratiâ? Neg.*

Arg. I. Ex divinis pro fidelium perseveran-  
tiâ in Christo, promissionibus. Jesa. lix. 20,  
21. Jerem. xxxi. 31. & xxxii. 38, 39. Hof. ii.  
18, 19, 20. Matth. xvi. 18. Ioan. v. 24, & vi. 35,  
40. & iv. 13, 14. & x. 25. I Cor. i. 8, 9. & x.  
13. II Thess. iii. 3.

Deinde, ex Scripturæ axiomatibus, quæ il-  
lud docent. Matth. xxiv. 24. II Timoth. ii.  
18, 19.

Tertiò, ex rationibus Scripturariis. vid. α.  
divinâ primùm prædestinatione, Rom. viii.  
30. & xi. 7, 19. II Thess. ii. 13, 14. β. Christi  
officio, quod est, illos custodire, ne pereant.  
I Corinth. i. 30. Roman. viii. 1. & v. 17. pro  
illis

illis continuò intercedere. Hebr. vii. 25. Rom. viii. 34. Joan. xvi. 11, 20, 24. & xi. vers. 42. Quare & perpetuò eosdem custodit. Joan. xvi. vers. 6, 12. & x. 28, 29, 30. Denique & salvat illos. Matth. i. vers. 21. Joan. vi. vers. 39, 40.  $\gamma$ . ab officio Spiritus S. assistendo, & obsecrando eos ad salutem. Ioan. xiv. vers. 16.  $\delta$ . 11 Cor. i. 22. Ephes. i. 13, 14. & iv. 30.  $\epsilon$ . ex fidelitate, & constanti Dei amore erga illos, probatur idem. 1 Corinth. i. vers. 9. & x. 13. 1 Theff. v. 28. 11 Theff. i. 3. Phil. i. 6. Jerem. xxxi. 23. Roman. viii. 35, 37, 39.  $\zeta$ . à Dei in hoc opere potentiâ. 1 Petr. i. 5. 11 Timoth. i. 12. Ephes. i. 19. 11 Cor. xiii. 4. Joan. x. 28, 29.  $\eta$ . eaque est natura gratiæ, ut in finem usque in nobis perennet. Joan. iv. 14. & vi. 35, 51. 1 Joan. ii. 9.

Denique pro dono perseverantiæ semper orant fideles; ergo illud & impetrant. Joan. xvi. 23. Ioan. v. 14. Eph. i. 17, 18. 1 Theff. v. 23, 24.

## VI.

*Num homini regenito peccanti, & in peccatum idem crebrius relabenti, quantumvis doleat & deploret, nullus aditus pateat ad pœnitentiam, & ad gratiam Novi fœderis, sive misericordiam Dei, & remissionem peccatorum impetrandam? Neg. Arg.*

Arg. 1. Scriptura in genere proponit fidelium peccatis consolationem in Christo. 1 Ioan. 11. 1. Matth. xviii. 21, 22.

Deinde, nullius Deus unquam repudiat veram pœnitentiam, sed acceptam habet & gratam. Iesa. lv. 7. & i. 18. Iezech. xviii. 23, 32. & xxxiii. 11. 11 Cor. vii. 10.

Tertiò, ea est ratio scœderis N. T. in Christo, ut tales recipiat, & salvet. Actor. xvii. 30. Marc. i. 4. 1 Ioan. 1. 7. Rom. v. 20.



BCU Cluj

## DISPUTATIO SEPTIMA,

D E

## E C C L E S I A,

E T

## S A C R A M E N T I S.

## T H E S I S I.



*Um quærerere, quæ, & apud quos sit vera Dei ecclesia, ut nos ei adjungamus, non necessarium, sed propemodum vel quodammodo sit inutile? Neg.*

Arg. 1. Deus enim illud mandat fieri. Iesa. II.

3. Mich. IV. 1, 2. Zach. VIII. 20, 21, 22, 23. Cant. 1. 7, 8. Matth. XIII. 44, 45, 46. & VI. 33. & XVIII. 17.

Deinde, illa est Ecclesie dignitas, ut inquiri mereatur.

Tertio, & magna id sit utilitate, hinc ad nos redundante. Eph. II. 15. Hebr. X. 25. Ioan. X. 19.

Deni-

Denique, ergo saltem propemodum inutile erit, inquirere in cœtus Socinianorum.

## II.

*An Ecclesia habeat sui notam, veræ doctrinæ professionem? Aff.*

Arg. I. Quod non latere natum est, sed prodere se & manifestare, sui habet notas: atqui talis est Ecclesia. Cant. II. 14. & VI. 10. I Cor. XI. 19. II Cor. I. 11. 2, 3. Matth. V. 16, 19. Jac. II. 13.

Deinde, veræ doctrinæ professio, veram indicat Ecclesiam. Deut. IV. 6. Psalm. CXLVII. 19, 20. I Ioan. IV. 2, 3. Ioan. VIII. 32. & IO. 4. & XIII. 55. Matth. XXVIII. 29. Actor. II. 42. I Cor. XIV. 24, 25.

Tertiò, veram Ecclesiam debemus distinguere à falsâ, per veram doctrinam; ergo hæc ejus est nota. I Ioan. IV. 1. Matth. VII. 15, 16, 20. II Ioan. 10. I Tim. I. 19, 20.

## III.

*Num universa in mundo Ecclesia possit desiccare, ita ut nulla usquam supersit? Neg.*

Arg. I. Ex promissionibus hæc de re, in Scripturâ, factis. Iesa. LIX. 20, 21. Matth. XVI. 18. & XXVIII. 20.

Deinde, Christus semper habet regnum suum in mundo, cujus est Dominus, & caput



Pſalm. XLV. 7. & LXXII. 5, 17. & LXXXIX. 30,  
36, 37, 38. Dan. II. 44. Luc. I. 33. Ephel. I. 22,  
23. & IV. 15, 16. & V. 23. Col. I. 18.

Præterea, ſemper in mundo oſtendi poteſt  
fuiſſe. Rom. XI. 2, 4, 5.

Denique, idem confirmatur ex Symbolo, ſeu  
articulo fidei de Eccleſiâ Catholicâ.

## IV.

*An vocatio ad obſervandum in Eccleſiâ mini-  
ſterium Verbi, ſit neceſſaria? Aff.*

Arg. I. Scriptura in Miniſtris requirit legiti-  
mum vocationem. Rom. X. 15. Hebr. X. 4.

Deinde, contrarium Deus in aliis reprehendit,  
& damnat. Jerem. XXI. 21, 32.

Tertiò, exemplum Chriſti, & Apoſtolorum  
idem probat, qui non docuerunt niſi vocati.  
Joan. IV. 34. Luc. XXI. 29. Matth. XXVII. 18,  
19, 23. & IX. 38. I Cor. I. 16. & XII. 28, 29. Eph.  
IV. 11, 12. I Tim. V. 22. & IV. 14. II Tim. II. 2.  
Tit. I. 5.

Quartò, eſt hoc ordinis in Eccleſiâ neceſſa-  
rii. I Corinth. XIV. 40.

Denique ſpeciatiim, pro adminiſtrandis Sa-  
cramentis requiritur vocatio ex Matth. XXVIII.  
19. I Corinth. I. 17. & IV. 1.

## V.

*An in uſu Sacramentorum legitimo, nihil  
nobis à Deo conferatur, neque confir-  
metur*

*metur vel obfignetur fides, tantummodo fiat solemnis fidei professio, & commemoratio Christi? Neg.*

Arg. 1. Sunt enim signa & sigilla divini fœderis. Gen. xvii. 11. Rom. iv. 11. Act. xii. 16.

In specie id probatur de Baptismo, quod obfignat remissionem peccatorum. Marc. i. 4. & xvi. 17. Act. ii. 38, 39. & xii. 16. Rom. vi. 3, 4. 1 Corinth. xii. 13. Galat. iii. 27. 1 Petr. iii. 21.

Et sic S. Cœna quoque. Matth. xxvi. 26, 27, 28. Luc. xxi. 20. 1 Cor. x. 16. & xi. 25.

BCU Chi / Central University V. L. y Chi

*An Baptismus Christianis præceptus, & necessarius sit; an verò liber, atque indifferens? Aff. p. Neg. posterius.*

Arg. 1. Ex divinâ institutione. Joan. i. 33. Luc. iii. 2, 3. & vii. 29, 30. Matth. xi. 25. Joan. iii. 22. & iv. 1, 2. Matth. xxviii. 19. Marc. xvi. 15, 16.

Deinde & Christus Baptismum propter eam admisit, ut omnem adimpleret justitiam. Matth. iii. 13.

Tertiò, ex naturâ Baptismi, quia nritur communibus, perpetuis, & necessariis fidei atque religionis Christianæ fundamentis. Luc. iii. 3. Marc. xvi. 16. Act. ii. 38, 41. & viii

36, 37. & xv. 14. Rom. vi. 3. 1 Cor. xii. 13.  
Galat. iii. 27. Ephes. iv. 5. Col. ii. 2. 1 Petr.  
iii. 21.

Denique, Apostoli iusserunt baptizari, quos  
docebant, non verò id relinquebant in homi-  
num arbitrio, tanquam indifferens. Actor. x.  
46, 47.

## VII.

*An fidelium quoque infantes sint bapti-  
zandi? Aff.*

Arg. 1. Quia sunt in foedere gratiæ, cujus  
Baptismus sigillum est. Genes. xvii. 7. Actor.  
ii. 38, 39. 1 Corinth. vii. 14.

Deinde, Christi sunt; ergo quoque baptismo  
Christi insigniendi, & initiandi. Matth. xix. 13.  
Gal. iii. 27. Ephes. ii. 13.

Tertio, ad quos pertinet omnis Christi gra-  
tia, & spiritus, & peccatorum remissio, denique  
salus; iisdem baptismas, in istorum fidem &  
confirmationem, denegari haud potest. Sed illi  
sunt fidelium infantes. Actor. ii. 47. & xxii.  
16. Marc. xvi. 16.

Quarto, ad Ecclesiam pertinent: ergo & ei  
per Baptismi symbolum inserendi sunt & con-  
secrandi. 1 Corinth. vii. 14. Jezech. xvi. 20, 21.  
Matth. xix. 14. Deut. xxxi. 12. Joël ii. 16. Jesa.  
xlix. 12.

Quinto, in Vet. Test. fuerunt circumcisi,  
quod primum tunc illis fuit Sacramentum; ergo  
D 2 non

non minus sunt donandi in Nov. Test. primo initiationis Sacramento, quod nunc est baptismus. Col. 11. 10, 11.

*An Magistratui Christiano non liceat uti gladio, & de medio tollere fontes, sive decreto in eos capitali supplicio, sive bello? Neg.*

Arg. 1. Fundatum illud est in jure, & æquitate naturali. Genes. 1x. 6. Matth. xxvi. 52.

Deinde, potestas illa Magistratus, ubique, & semper, communi apud omnes jure, fuit in usu, à primis inde temporibus. Genes. xiv. 4. & in Dei populo, ejus jussu probata, & consilio: unde bella Domini appellantur. Num. xxi. 14. & xxxi. 3. 1 Sam. xviii. 17. Psalm. xviii. 34. Hebr. xi. 34.

Tertiò, nihil est in illo usu gladii à Magistratu, quod cum Nov. Test. non conveniat, imò eo non confirmetur. Jes. xlix. 23. & lx. 3, 10, 11. Luc. 11. 14. Actor. x. 1, 2, 7. Rom. xiii. 4, 6. 1 Petr. ii. 13. Matth. xxi. 21.

Quartò, usus gladii in se justus est atque necessarius.

Denique, sine illo autoritas Magistratus nulla est, vel facile contemnenda. 1 Petr. 11. 14.

## DISPUTATIO OCTAVA.

D E

## E X T R E M I S.

## T H E S I S P R I M A.



*Um animæ separatæ  
ab hac vitâ neque  
subsistant per se, ne-  
que vivant, antsen-  
tiant? Neg.*

Arg. 1. Ex ipsâ animæ  
naturâ, & vivacitate, quæ uti in corpore, sic et-  
iam separata, non potest non vivere per se, &  
sentire.

1. Idem de illis testatur Scriptura, quod vel  
doloribus, vel voluptate fruuntur in statu sepa-  
rationis, atq; omnino vivant. Luc. xx. 37, 38. &  
xvi. 19, 22. 11 Corinth. v. 1. Joan. xiv. 2, 3. 11  
Petr. 1. 13, 14. Apoc. xiv. 13.

Tertiò, idem ostendunt defunctorum, in  
Scripturâ memoratorum, exempla. Matth.  
xvii. 3. Hebr. xii. 23. Apoc. iv. 4, 8, 10. & v. 9.  
& vi. 9. & vii. 13.

Quartò, Deus promisit piis, in æternum ipsos  
victuros. Joan. v. 24. & x. 27, 28. & xiv. 16. &  
xvii. 24. Luc. xxiii. 43. D 3 Por-



Porro, illis promissionibus nititur fidelium spes non vana, 11 Corinth. v. 2, 6, 7, 8. Phil. i. 23. Rom. iii. 10. Luc. ii. 29.

Præterea, idem testatur omnium hominum sub mortem conscientia, vivere animas & esse immortales.

Denique, diversus animarum status est & locus ab hac vitâ, cæli, & inferni, beatitudinis, & pœnarum. Luc. xvi. 26. Matth. vii. 13, 14. Apoc. xiv. 13. Phil. i. 23. Jes. lvi. ult.

## II.

*An in resurrectione eadem corpora sint resurrectura? Aff.*

Arg. 1. Resurrectio non est nisi ejus ipsius, quod ante cecidit. Joan. v. 28, 29. Apoc. xx. 13. Rom. viii. 11. Dan. xii. 2. 1 Thess. iv. 13, 14.

Deinde, docet id Scriptura, Job. xix. 25. 1 Cor. xv. 42, 53, 54. Phil. iii. 21.

Tertio, ex fine resurrectionis, ut prorsus idem, qui hic vixit, judicetur homo, & corpore eodem, & animo. 1 Cor. v. 10. 11 Thessa. 6.

Quarto, Christus in eodem corpore suo surrexit; ergo & nos resurgemus in nostro eodem. Rom. viii. 11. & vi. 5. 1 Cor. xv. 12, 18, 20. Joan. v. 21. 26.

## III.

*Num pœna damnatorum infernalis sita sit in annihilatione; an in sempiterno cruciatu?*

ciatu? Neg. pr. Aff. posterius.

Arg. 1. Scriptura sic proponit damnatorum pœnas, ut eas constituat in sensu, summo, & æterno. Matth. xlii. 42. & xxii. 13. & x. 28. & xxv. 41, 46. Luc. xvi. 23, 28. Jes. lxxv. 24. Marc. ix. 43, 44, 45. & c. Matth. xviii. 8, 9. & i. 12. Jud. vers. 7, 13. Apoc. xiv. 10.

Deinde, Dei justitia illas pœnas poscit. Rom. i. 32. & ii. 5, 6, 8. II Cor. v. 10. II Thess. i. 6, 8.

Tertio, idem satis testatur singulis conscientia, sequuturos pœnarum sensus.

Quarto, & omnes in id consentiunt gentes, nationes, cujuscunque sectæ, & religionis.

Quinto, atque erunt pœnarum gradus; ergo sensus. Matth. x. 24. & xxiii. 15. Luc. xii. 47.

Sexto, aliàs Christus de Judæa non dixisset, quod melius ei fuisset non nasci. Matth. xxvi. 24. Marc. xiii. 21.

Denique, latam contraria sententia viam pandit ad omnem profanitatem & luxum. I Cor. xv. 32.

## COROLLARIA.

I. *Iustificatio est fidelium, in Christo, per & propter ejus justitiam, quocunque tempore & loco vivant.*

II. *Quia verò unus salvator Christus, & perfecta ejus est justitia, hinc una iustificatio est, & perfecta; per unius vid. illius perfectæ justitiæ imputationem.*

III. *Hæc autem fundatur in Christi satisfactione: quæ æque valet pro omnibus, quorum loco præstita, sive ante Christum credentibus in eum qui venturus erat; sive post in eum qui jam olim venit; quum non minus certa sit in promissione, ac exhibitione; sponione, ac solutione.*

IV. *Eaque est differentia Veteris, & Novi Testamenti, quod illic fuit doctrinæ Christi exhibendi; hic exhibiti. Quia utrobique Christi, veram & plenam justificationem, atque salutem adipiscuntur omnes in ipsum credentes; quia exhibendi, vel exhibiti, hinc ejus applicatio diversimoda; cum ceremoniis, vel absque iis; & majori, vel minori copiâ gratiæ. Quare Vetus Test. notat omne tempus Christi promissi, sive ἐπαγγελίας, quousq; προεπαγγελία fuit per Prophetas in Scripturis Sacris, id est, à mundi primordio; Novum, exhibiti, seu Ἐπαγγελίæ. Rom. 1. 1, 2. Heb. 1. 1.*

V. *Et qui olim crediderunt in Christum, non potuerunt non in Christo, ex illâ ejus justitiâ, & futurâ*

tantâ satisfactione perfectâ, ipsis quoque imputatâ, obtinere plenam justificationem, peccatorum remissionem *verbo*, neque aliquod verbum Hebraï habent in hac materia quod non illam remissionem denotet, *Ageriv*, & *obediav*. & salutem; Christo, non ipsis, incumbens expiando reatu, pro quo ille suo tempore julle satisfaciendi: dilatâ in suum tempus præstandâ expiatione; non autem negatâ aut imminutâ credentibus vel remissione, vel salute.

V I. Qui Deum experiantur sibi reconciliatum, sub gratia sunt, non ira, nec dum maledictione legis, quæ istoc modo tangit, qui legis vel suam justitiam quarunt, non Christi.

V I I. Quare & sub Christi solius potestate fuerunt fideles olim non minus, quam nunc, ejus subiecti domino; non vel angelorum, vel hominum, qui Ecclesiæ omnes sunt ministri, non domini.

V I I I. In lege ceremoniali non tantum fuit confessio peccatorum, sed & solus in Christum; cum fide autem, vel justificatione Evangelicâ, nunquam pugnat commemoratio peccatorum, per Christum remittendorum: quod quoties sit a justificatis, cum in aliis suis precibus, tum in Oratione Dominicâ, identidem repetentibus, dimittite *Ageris* nobis debita nostra. Quod simpliciter, uti alia, jussi fuerunt dicere etiam antequam Christus pro peccatis solvisset.

I X. Fœdus Dei vel significat simpliciter doctrinam officiorum; vel quoque justificationis, sive ope-

rum confideratorum ad justificationem. Priori sensu Decalogus est sœdus operum, etiam fidelibus, Exod. XXIV. 12. Deut. IV. 13. & XXIX. 1, 9. non ut per hoc iustificentur, sed doceantur, tùm sua officia, tùm de illius ad se iustificandum impotentia: quamvis neque alia materia fuerit sœderis operum, quam qua Decalogo, ejusque summario comprehenditur, quod Christus, interrogatus à Phariseo, de lege non de Evangelio, respondit, Mat. xxii. 36, 37. &c. Que quamvis ipse Christus Salvator predicat, non proinde non sunt lex preceptorum, & non ipsa doctrina Evangelii, non certè purum putum sœdus gratie. Vti neque Decalogus etiamsi verba proœmii de Deo ipsorum, Evangelicè accipiuntur: quamvis revera restringantur ad beneficium educationis ex Ægypto, quod fuit nationale, cuius generis non est gratia Evangelica in Christo. Loquimur autem de preceptorum materia vel argumento litterali, non verò de præfatione, vel circumstantiis aliquibus, aut diversa eorundem applicatione.

XI. Interim, uti tota Scriptura, ita & Decalogus, subordinatur sœderi gratie, & saluti Æliorum.



*Ne pagellæ vacarent, hanc visum attexere  
 Quæstionum Theologicarum Decada,  
 eodem Auctore & Præside defensam,  
 a. clv. clxv. d. 1 Julij.*

D E C A S

Quæstionum Theologicarum.

T H E S I S I.

*Num vera & justa methodus sit pervenien-  
 di ad sapientiam, primùm de omnibus  
 omnino rebus dubitare, etiam de Dei  
 existentia? Neg.*

**D**ubitare, est fluctuare ani-  
 mo, ac incertum pendere  
 quid statuas: quod in re-  
 bus dubiis accidat, atque  
 incertis; sed studio omnia  
 dubia facere, neque rerum  
 natura exigit, neque pati-  
 tur hoc, quod de Deo non licet citra impieta-  
 tem non affirmare, videlicet ipsum existere.  
 Quod prorsus indubium & est, & haberi debet  
 omnibus, quia & naturæ impressum, & per se  
 notum. Quare dubitari, profanum; luxari, te-  
 merarium est: neque adeo necesse est vel expe-  
 dit philosophanti hinc inchoare, ut gravissimum  
 subeat

subeat discrimen, ne unquam rite cum omnium maxime necessariâ illâ veritate sit reversurus postea in gratiam, quam vel seriò, vel affectatè hactenus delituit; incertum annon semper sit dubitaturus, vel rationem aliquam dubitandi reperturus, qui de omnibus ita putaverit sibi semel esse dubitandum.

Aliud verò est, *re salvâ & indubitâtâ*, ejus *argumentum* aliquod in dubium vocare, ubi sit dubitandi ratio, quamvis nulla sit vel esse debeat in re ipsa: tui in rerum investigatione *cautari* animo, an *dubitare*: quorum illud temeritati opponitur, ac præcipitantiæ; istud certitudini, adeoque vitio datur atque imperfectioni, virtuti illud: alterum cum fructu sit, at non sine periculo & damno alterum. Quapropter *justa* quidem in veri indagacione *methodus est cunctatio*, non autem *dubitatio*.

Denique in reformatis disciplinis, ubi hactenus incerta multa sunt, plura in genere dubitandi licent *doctoribus* atque exercitatis, quæ non item sunt commendanda & instillanda quibuscunque in Scholis. Quia valde paucis illa expediat imitari.

Cæterum veritatem dum cunctando indagatur, & restituiamus disciplinas, pro *verò* id habendum est quod convenit cum propriâ rerum singularum naturâ & definitione, verum aurum cum naturâ & definitione auri, sic homo verus,

& reliqua: similiter conceptus nostri de quâ-  
 cunque re veritas sita est in convenientiâ ejus  
 cum re, quam concipit, sive conceptus, uti lo-  
 quuntur, formalis cum objectivo, aut illius ob-  
 jectio. Et hæc, uti veritas semper est unica, uni-  
 cam quoque habet regulam, in naturalibus, ut  
 conceptus congruat cum rei naturâ; in super-  
 naturalibus, si cum Scripturâ. Atque certè o-  
 mnino quidem est annitendum ad maximè cla-  
 ram & distinctam rerum cognitionem: tum  
 quæ prorsus clarè percipimus, sunt quidem ve-  
 ra; non tamen sola perspicuitas est ratio verita-  
 tis, quam diximus sitam esse in illâ conceptus  
 cum re convenientiâ: sed quia error omnis ob-  
 scuritatem parit & quandam quasi nebulam in-  
 tellectui, ubi ea nulla est, omnino signum id est  
 rem ritè perceptam esse & intellectam. Verùm  
 quia pro eâ, in quâ vivimus, conditione, vel  
 nulla vel paucissima clarè percipiuntur, de rebus  
 loquimur Theologicis, βλέπομεν γὰρ αὐτὰ δι-  
 εσόπτρῳ ἐν αἰνίγματι; & quia simplex obscu-  
 ritas non est argumentum erroris vel falsitatis:  
 quin qui errat, aliquando rem tam clarè percipe-  
 re videtur, atq; aliter suam, II Cor. XI. 14. ut su-  
 perfit semper quæstioni locus, unde cognosca-  
 tur in hac rerum & intellectus obscuritate, nos  
 ita clarè & distinctè rem percipere ut non falla-  
 mur; denique quia non de naturâ perceptionis  
 nunc loquimur, sed veritatis, etiam quod clarè

& distinctè percipimus, hinc non colligitur esse verum, nisi quoque conveniat cum rei veritate. Atque ita nisi intelligatur, & corrigatur hoc quod vulgò dici solet de clarâ perceptione, obstinatos magis reddit singulos & avaros, ex præsumptione veritatis, non evidentia, & opinionum partiumque studiosiores, quam veri.

## II.

*Num animis nostris à naturâ insint rerum omnium ideæ, quæ regulæ sint veritatis unicæ? Neg.*

Ideæ propriè significant *exemplaria*, & formas rerum faciendarum *actuales*, in mente artificis. Ideæ apud Platonicos, à quibus hæc nomenclatura ducit originem, sunt æterna & perpetua rerum, ad quas sunt, *exemplaria*. Et in Deo, summo ac sapientissimo omnium *θεοῦ ἰδέαι* Theologi quoque ideæ quidem constitunt, ut rerum efficiendarum *exemplaria*; in nobis verò esse omnium rerum ideæ, easque innatas, nescio quod unquam Theologorum aliquis dixerit. Sed inter somnia Weigelianorum refertur, quod omnium rerum *semina* homini insint à naturâ; nullumque seibile extrinsecus adferatur, in nobis ipsis latere omnia, & hinc duntaxat esse excitanda, per *πνεῦμα ἁγίου*. De quo, & nos alibi diximus, in *Summa Controvers. lib. vi.* & Crocius, in *Anti-Weigelio*,

cap. 1. qu. 1. Nec meminimus certè, vel experimur tales, aut tantam idearum copiam nobis innatam esse. Et tamen quod naturale est, omnibus pariter adesse æquum est.

Nedum ut idæ illæ *normæ* sint veritatis, in scientiis, & quidem, quod valde ridiculum, *unica*. Quâ ratione mera & stulta introducitur altercatio, altero contra alterum, ad idæ suas frustra provocante. Uti Quakeris solenne est, recurrere ad hinc suum internum, & ex hoc omnia tum aestimare, tum agere. Scriptura autem infantes testatur ignorare discrimen inter bonum & malum, Deut. 1. 39. Jesa. vii. 15, 16. Hebr. v. 13, 14. vel inter dextram & sinistram. Jon. iv. 11.

BCU Clarendon University Library Cluj

III.

*Num innata omnibus sit species, vel idea Dei? Neg.*

Hoc quod de Deo nosse naturâ nobis datur, uti omnium hominum animis seu conscientiæ innatus est sensus de Deo, non satis rectè appellatur idea: cum propter illud quod jam de idæ voce ac naturâ diximus, *proprie acceptâ*, tum quod ubi idæ idea sumitur, pro quocunque conceptu & notione, vel imagine, quam cogitando intuemur, semper noceat conceptum *actua-*  
*lem*; unde dicimur formare ideam, eam con-  
tueri ceu exemplar, & sequi: sed actualis non  
ineft



ineſt nobis ab ortu de Deo notio; non magis quam fides actualis eſt in infantibus, ex doctrinâ Lutheranorum: viſ tantum ad eſt & conatus ſenſus vel habitus Deum cogitandi, ubi a uſum rationis pervenerimus.

Tum, neque illud quod aliquando de Deo concipimus, eſt propriè dicenda ejus *ſpecies* figura, imago aliqua, quam intueamur, & in ipſâ Deum. Sic enim Deus non cognoscitur nobis, non quaſi in aliquo Deitatis ſpeculo, ve ſpecie, ſed per varia ſua attributa, multiplicibus & maxime inadæquatis conceptibus. Unde jam hoc, tum illud attributum arripimus & cogitamus, quando de Deo nobis eſt cogitatio, vel ſermo.

Neque entis *inſiniti* ſpecies aliqua, imago, aut idea propriè datur. Cicero, Acad. quaſt. lib. 1. *hanc illi ideam appellabant, jam à Platone ita nominatam: nos ſpeciem poſſumus dicere.* Et Tuſc. 1. *qualem ideam appellat ille, nos ſpeciem.* Auguſtinus, lib. LXX. quaſt. *ideas latine poſſumus vel formas, vel ſpecies dicere, ut verbum verbum tranſſerre videamur.* Atque alio etiam in loco Cicero formas vertit. In Topicis, ad Trebatium: *in diſiſione forma ſunt; quas Græci idéas vocant: noſtri, ſi qui hæc ſorte tractant, ſpecies appellant.* Denique, in Bruto, ſive de Oratore: *Urgitur in formis & figuris eſt aliquid perfectum & excellens, cujus ad excogitatam ſpeciem imitar-*

do referuntur ea, quæ sub oculos ipsa cadunt; sic perfectæ eloquentiæ speciem animo videmus, effigiem auribus quaerimus. Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum sed etiam dicendi gravissimus auctor, & magister Plato. Unde etiam externa forma, idea appellatur in Scripturis, Matth. xxv 11. 3. Quemadmodum ergo, quid in mente idea significet, non ab alio melius discimus, quam à primo earum auctore Platone, & interprete Tullio; ita Dei ideam, sive speciem, formam, effigiem verè dari pernegamus: quum idea sit tantum rei finitæ species in mente actualis & finita. Adeoque nulla idea est, quæ non sit & finita, & actualis.

Neque apud Scriptores aliter vox ideæ sumitur, quam pro actuali & formato conceptu & notione: etiam qui de innatis loquuntur, haud aliter quam de formatis in mente aut loquuntur, aut loqui possunt, neutiquam exponere rationem innatarum diversam ab acquisitis. Cassendus, Instit. Logic. part. 1. can. 11. qui esse dicunt ideas à natura impressas, neque per sensum acquisitas, si quod dicunt, minime probant. Et de ideâ Dei, Ismaël Bullialdus: Dei ipsius entium omnium supremi & infiniti, quis humanus intellectus speciem & ideam sibi formare potest? in Commentario, in Claudium Ptolemæum, τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ἐπινοίας. Paulò post, neque de existentia, neque de essentia Dei & anima rationalis, species in

*anima nostra habemus, quæ substantias illas intellectui nostro representent. Nobis fateor non licet esse tam beatis ac qui paralogismo ad enthusiasmum abrepti Deum se intuitive videre, & anime essentialis per species ipsi anime impressas comprehendere posse credunt. Nota sunt omnibus illa Amesii, de ideâ Dei, in Medullâ, lib. I. cap. VII. ideâ in homine, qui cognitionem acquirit per analysin, colligitur ex rebus ipsis: atque adeo res primò in semetipsis existunt, tum ad hominum sensum perveniunt, & inde ad intellectum, ubi possunt ideam aliquam constituere ad operationem insequendam dirigendam. Loquitur de ideâ, in Deo; non, de Deo in nobis. Creatus quidem homo est ad imaginem Dei, sensu morali, in sapientiâ & sanctitate; non verò quod ideam Dei ipsius in se gerat.*

Si autem per ideam nihil aliud intelligatur, quam qualiscunque de Deo notitia vel notio, & vel facultas cognoscendi, vel actus, quod tamen ideæ vox proprie non significat; castigatâ primum ἀπολογία, vitandam censemus κρυματίας, & relictâ illâ loquutione auctoribus Pontificiis, quos ideam vel imaginem Dei dicere mirum haud est: ipse Gassendus, loco jam indicato, hac ratione etiam Deum, qui cadere sane in sensum non potest, concipere mens solet sub ideâ visibili alicujus senis venerabilis, quam ipsi velut accommodat: nos Dei sensum malumus dicere, cum Reformatis: Calvino in primis, in initio Institut.

*quen-*

quendam inesse humanæ menti, & quidem naturali instinctu, divinitatis sensum, extra controversiam ponimus. Vel si notionem malis, & complicatâ dicas cum Cicerone, quam distinguit à specie explicitâ; nos habitualem appellamus, & distinguimus ab actuali. Ita quippe ille, de Officiis, lib. III. *at verò si quis voluerit animi sui complicatam notionem evolvere, jam se ipse doceat eum virum bonum esse, qui profutur quibus possit.* & post pauca; *explicata atque exacte intelligentiam tuam, ut videas quæ sit in ea species, forma, & notio viri boni.*

Denique uti eo sensu, vid. ideæ voce *impropiè* acceptâ pro quavis notione, de voce magis futuræ disputatio, quâ de re, sic dicatur licet *ακαχυλώς* & *impropiissime*, quod nos facile patimur, de Deo nos habere ideam vel notionem; nequit autem dici quod ex illâ, cœu principio, Dei probatur existentia. Quemadmodû res quavis conceptu quidem intelligitur & percipitur, ex conceptu verò illo non probatur. Saltē hæctenus abstinemus illâ voce, quousque clare & distincte nobis probetur, num, & quid illâ dicatur aut aliud, aut melius quam vulgò solet terminis magis & clavis, & probatis: ne, re utrimque agnitâ eâdem, urgeamus verbum aliquod minus excusum & exploratum, & videamur amare logomachiam, quam consensum & pacem vel vocalâ impetrandam.



*Num mundus sit infinitus? Neg.*

Est enim *creatus*: quidquid autem creatum, eo ipso est finitum. & desit aliquando *fieri*, ut, quemadmodum creatio finem sortita fuit ac terminum, similiter & creatura sortiretur. Atque uti *tempore*, sic loco finitur mundus, neque magis potest infinitus esse *extensione* vel *spatio loci*, ut nullum possit extra eum fieri de novo *spatium* vel *ampliando mundum*, vel *creando alium*, quam *tempore* sive *duratione* infinitus esse *inante*. Verum uti *spatium temporis* concipimus ante mundum, non *actuale*, sed *negativum* & *possibile*, quo potuisset fieri à Deo, neque tamen factus est, ita & *spatium loci*, quo possit nunc reddi major, etiam minor. Quare est finitus. Pariter enim dicendus erit *æternus*, si *immensus*. Neq; minus debebit occupare omne *spatium temporis* *possibilis*, ac *loci*. Quod utrumque ut *naturæ mundi* repugnat; sic & *Dei*, qui solus est infinitus. Mundi verò uti *partes omnes* sunt finitæ, sic & ipse. Totum enim finitum sit necesse est, *cujus partes singulæ* sunt finitæ. Cujus aliquæ partes sunt finitæ, ejus omnes partes sunt finitæ: si enim in A. B. C. A. & B. sunt finita, etiam C. finitum est, quia non est A. B. Quare *cujus omnes partes* sunt finitæ, illud totum est finitum. Mundus autem totus est constans suis partibus, *singulis finitis*.

Dici-



Dicitur quidem *πᾶν* sive universum, sed rerum harum creatarum, non quarumcunque creabilium: atque immensus & infinitus etiam aliquando, sed improprie, non physice, quia nobis non est mensurandus vel definiendus, in quem sensum aliis vocatur indefinitus. Quod respectu nostri conceditur, ita ut respectu sui tamen mundus sit finitus. Neque fines aquæ, terræ, ætheris &c. à nobis figi possunt, Prov. xxv. 1. quæ tamen non sunt ideo infinita. Atque uti illis aliquod majus possumus concipere, sic & mundo, non quod majus revera sit, præter Deum, sed quod fieri possit.

Atque illud spatium, in quod aut extendere-  
tur hic mundus, aut quocum crearetur alter, sui ratione dicimus negativum; Dei respectu, possibile; nostri, autem, imaginarium, vel imaginabile. Quod si verò vocem imaginarii omit-  
tamus & simpliciter dicamus possibile, res forte & clarior evadit, & minus controversa.

Possibilis ergo Deo est præter hunc mundum etiam alius, sive contiguum velit facere huic, sive continuum, sive ab eo distantem, uti montem monti addere sive cum valle, sive sine valle, non quidem sine declivitate: nam vallis est cavitas in terra, præter aut juxta montem, non ipsa montis declivitas. Ovidius: *concava vallis erat*. Virgilius, & *curvo anfractu vallis accommoda fraudi*. Augustinus, *altitudinem quarum*

*tis? per vallem pervenitur ad montem.* Serm. XVI.  
 de Martyrib. vallis enim terræ situm notat, non  
 montis, cujus declivitas vel profunditas non est  
 dicenda vallis: itaque ut mons monti potest  
 adungi sine intermediâ terræ vel planicie, vel  
 cavitate infra superficiem supra quam mons  
 eminet, uti in hoc schemate V. sic & mons esse  
 sine valle, & mundus creari alter, quomodo-  
 cunque Deo visum, juxta hunc mundum potest.  
 Omnipotentia divinâ non minus nunc valente,  
 ubi præter Deum & mundum nihil est, de nihilo  
 alia producere; ac olim, quando præter ipsum  
 solum, nihil erat, de quo tamen hunc produxit  
 mundum, vocans ea quæ non sunt ac si essent.  
 Imo & supra id quod concipere possumus, cre-  
 dendum, quod possit semper operari. Neque  
 enim conceptuum nostrorum angustia, mensu-  
 ra est aut potentia divinæ, aut nostræ de Deo  
 fidei. Eph. III. 20. τῷ δὲ δυναμὶς ὁπίς ὅ  
 περιουσιῶν ὧν - νοῦν ἡμῶν. Atque adeo spatia illa  
 possibile præter mundum (quomodo signifi-  
 cantius illa appellamus) coguntur admittere  
 quotquot mundum finitum agnoscunt, & vel  
 hunc majorem fieri, vel etiam minorē posse atq;  
 jam est. Neque enim puto quod non possit Deus  
 facere minorem, vel quam nunc revera est, vel  
 fuisset, si minorem eum fecisset ab initio. Atqui  
 hujus minoritatis quod jam concipis spacium,  
 vel possibile, non minus est imaginarium, quam  
 majoritatis vel amplitudinis.

Omnia

Omnia quidem quæ facit Deus sunt perfecta, sed in suo genere, id est, finito, non ut plura non possit facere, vel majora, quam sunt, sed quia non vult esse alia. Non enim facit quantum potest, sed quantum vult. Et quæ potuit facere, potest, si velit, vel in totum, vel ex parte, etiam sine affluxu aliarum partium vel corporum, destruere: nihil enim est, quod de suo non possit. Matth. xx. 15.

V.

*Num materia mundi, vel corpus aliquod fuerit ante tempus, ex quo mundus hic in tempore sit factus, per inditum ipsi motum? Neg.*

In principio creavit Deus cælum & terram. Quod principium est & rerum, & temporis: ante quod nihil ponitur quam quod temporis & principii expers sit, sive æternum, nempe solus Deus. Quodq; in principio temporis productum, id in tempore productum dici debet, & non, eum nondum esset tempus. Nam duo ista omnem rerum exhaustiunt divisionem, esse in tempore, & ante vel extra tempus. Quorum hoc solius Dei est; illud, omnium creaturarum. Temere creditur aliquod chaos; *ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum.* Adeoque Theologi recte ex eo quod Christus ante mundum conditum extitit; sic enim nobis opinor loqui

licet cum ipso, Joan. XVI. 15. concludunt veram  
ejus æternitatem & Deitatem. Neque Sophistæ  
sunt, qui infinitam virtutem accersunt, ut ex  
nihilò, id est, non ente aliquid educatur, sed  
Theologi, quorum delirium dicere creationem  
ex nihilò, in Scholis Reformatis audiri non de-  
bebat. Non quod ex nihilò tanquam ex subjecto  
aliquid proveniat, quod dicere, ac impingere  
alteri, æque stultum est, sed quod subjectum  
neget, quia nihil est. Et quod Theologicè ve-  
rum, ut sit tale queque Philosophicè, necessari-  
um est, atque contrà.

## VI.

*Annon Scriptura doceat, terram quiescere,  
& solem circa eam moveri ab ortu in  
occasum? Aff.*

De terrâ vide Psalm. CIV. 5. Eccles. I. 4, 5.  
Solem testatur non tantum moveri, & currere  
viam; sed ab ortu pergere in occasum. Psalm.  
XIX. 6, 7. Eccles. I. 5, 6. & procedere in suo ro-  
bore. Judic. V. 31. & declinare ad occasum, Gen.  
XV. 12. Unde singulari miraculo adscribit, si vel  
sistatur in cursu suo, Jos. X. 12, 13, 14. vel retro-  
cedat, Jes. XXXVIII. 8. II Reg. XX. 10, 11. Amos.  
VIII. 9.

Neq; indicatur in Scripturâ, illa dici tantum  
ex opinione & apparentiâ, non ex rei veritate;  
quæ nec aliter unquam explicat, quam ad litte-  
ram, eo sensu, quem secum ferunt. Quod tamen



in aliis facit, quando figuram, quam uno in loco adhibet, exponit in alio, sui interpret certissima, pro eâ quâ pollet perfectione & perspicuitate. Et potuisset Scriptura æque docere terram moveri, vel saltem semel illud, quam semper contrarium; tamq; intelligi potuisset hoc, quam illo modo loquens; neque minus fidei fuisset hic commerita, quam in aliis, quæ captum & sensus nostros excedunt.

Non quod non multa referat in speciem accipienda, vel non utatur *metaphoris*, id est, vocibus à propriâ significatione in alienam translatis; sed, præterquam quod metaphora sita sit in voce, uti Act. xxvii. 27. in *προσδύειν*; ubi etiam additur, quod illa nautarum fuerit *ὄρω-  
ροια*: hic non agitur de themate simplici, sed complexo, totaque oratio aliter intelligi nequit quam in sensum moti & currentis solis, de quo tot Scripturæ locis agitur, à variis Scriptoribus, philosophiæ haud dubie scientissimis, & in eandem constanter sententiam, ut nec levissimo quidem contrarii sensus ullo prolato indicio. Jam si suffecerit Scripturam exponere ratione nostri, ut nobis videtur res, non quod ita se habeat, eâdem plane ratione poteris contendere, Christi ascensionem non fuisse localem revera, sed ratione nostri sic tantum visam, atque revera corpus ejus non ascendisse, quamvis id ita referatur.



Certe hypothesis aliqua, quam forte fingimus, ad naturam nostro iudicio facilius explicandam, non debet Scripturam vocare sub ferulam, neque admiranda pernicitas, quæ non minus difficultate suâ caret in hypothesisi terræ motæ, Soli objici, aut Scripturæ debet, quum ad majestatem faciat Creatoris, quod stupenda exhibet in creaturis, & videndum sit etiam atque etiam ne non satis magnifice de Creatoris potentia sentire videamur. Neque demonstratur motus terræ, ex quiete ejus in cælo fluido; sed potius contra: non certe ille motus, pro quo pugnant ejus auctores. *circumsuso pendebat in aëre tellus, Ponderibus librata suis.*

Denique etiam qui inter Pontificios aliam sequuntur hypothesisi, attamen propter determinationem Ecclesiæ suæ, aut Cardinalium in contrarium, non audent tamen aliter de illâ disputare, quam de hypothesisi aliquâ, docendi gratiâ extractâ, non ut de certâ veritate; de rationibus, non de Scripturis.

## VII.

*Num S. Scriptura aliquando loquatur ad errorem vulgi? Neg.*

Loquitur ad *captum* quidem vulgi, & ingenii nostri *imperfectionem*; sed ad *errorem*, vel pro eo, nunquam. Non enim ad eum alendum, vel confirmandum est Scriptura, sed corrigendum. Et quando metaphoricè loquitur, quod sæpe,  
fi-

figurate tum quidem, at non erroneè loquitur. Semper etiam mentem suam hic, vel alibi, exponit; ut in errorem trahi à nemine possit, neque sensum ejus sequendo alicujus errori patrocinari. Adeoque quodcumque affirmat, cujuscumque sit argumenti, illud docet: quia tota est ad doctrinam, & non veratantum, sed infallibilis, & inspirationis non humanæ, sed divinæ. II Tim. 1. 11. 16. II Pet. 1. 20, 21.

VIII.

*Anima humana, & Angeli, an sint alicubi, & moveantur de loco in locum? Aff.*

Locus seu spatium, est capedo substantiæ finitæ, sive spiritualis, sive corporalis: quamvis aliter in loco vel spatio sint hæ, & illæ. Et anima quidem jam est *ἐν* in corpore, jam *ἐκτὸς τοῦ σώματος*, II Cor. xii. 3. nunc in terrestri domo, nunc in cœlesti, II Cor. v. 1. & Angeli qui in cœlo, non sunt in inferno, ac vicissim; vel qui sunt in hoc loco, non sunt aut in alio, aut ubique: neque possunt de cœlo descendere in terram, nisi per medium, & locum cœlestem mutando cum terreno, non enim vel locus cœli terra est, vel terræ cœlum. Matth. iv. 11. & xxviii. 2. Quamvis non velimus propterea, res incorporeas instar corporum, alicubi esse, vel aliò moveri. Et spiritus, qui alicubi operatur, certe illic existit & est. Non enim agit in distans. Quid quod Deus ipse dicitur, & satis verè, esse in cœlo,

lo, & in terrâ? non effectu & operatione tantum, sed quoque substantiâ suâ? *Pater noster qui es in cælis.*

Neque est quod quis docere Scripturam tentet, vel accusare ἀκρολογίας, cum quâ loqui malimus, utut sermo noster minus fortè probeatur aliis, quam adversus illam insanire. Doctrinis sæcularibus licet quidem suo modo, & phrasi, & terminis exprimere ea quæ Deus aliter effert in Scripturâ, sed non contrâ, non emendare illa, vel refingere. Confer Crocium, adversus Weigelium disputantem, cap. IV. qu. 1. *an Angeli sint neque hic, neque illic?* & quæst. seq. *num Angelus possit esse ubique?*

## IX.

*An bruta sentiant?* Aff.

Docet Scriptura, esse quidem ἀλογα, Jud. vers. 10. non tamen sensus omnium expertia. Perceptione non quidem potiuntur rationali; attamen sensuali. Duplex enim illa est in rerum naturâ, pro duplici vitâ & animâ. ἡ ζωὴ ἣν ὁ θεὸς in quo est anima vita dicitur, Genes. 1. 30. de animantibus terræ; idemque de homine, cap. 11. 7. Non vita tantum in illis est, sed anima, vitæ ejus causa & fons, quæ quia in sanguine hæret, jam dicitur esse sanguis per metonymiam, jam in sanguine: nempe quæ cum sanguine vel adest, vel effluit. Levit. XVII. 11. *quia anima carnis ipsa est in sanguine.* 14. *quia ani-*

*ma omnis carnis est sanguis ejus; pro animâ ejus ipse. quia anima omnis carnis ipsa est sanguis ejus. Versio Arabica, quoniam singula anima carnearum sunt in sanguine singulorum ex ipsis: & quia dixi filiis Israël, sanguinem carne pradorum ne comedatis, cum animarum omnium carnearum sit sanguis. Jam præter vitam animalein, sensum & perceptionem Scriptura brutis attribuit; sæpe ad confundendos homines: quæ si profus nil perciperent, argumentum illud parum stringeret. Quod agnoscunt possessorem suum, & præsepe Domini, Jesa. 1. 3. & tempus suum, Jer. VIII. 7. quod alia aliis sunt magis subtilia, cauta, & sagacia. Genes. III. serpens autem erat astutior quavis bestiâ agri. Quæ subtilitas derivatur ex naturâ serpentis, & discrimen ponit hujus animalis ab aliis: & similia.*

Neque frustra illis natura dedit non motus tantum, sed sensuum organa, eaque diversa & in his quam aliis magis apta, ut ne moverentur tantum objectis, sed ea sentirent quoque. Quæ & percipiunt, & distinguunt inter se, suo modo, tum rerum, atque hominum norunt diversitatem, dominum suum à peregrino, ædes suas ab alienis, fœtus suos, cibos &c. ab aliis. Quod posse facere, non est aliquid carnis, sed animæ: saltem licebit animæ sensitivæ adscribere, æque ac alii id dispositioni, nescio cui, corporeæ. Neque perceptionis ipsius natura consistit in ratio-

nali



nali ejus conscientia, sed in quali quali apprehensione, sive sensualis sit, sive intellectualis. Vossius, de Orig. idolol. lib. III. c. XLI. prior sententia, bestias non habere sensum, quod sciam, Veterum placuit nulli. Sed avorum nostrorum temporibus amplexus illam fuit Gonetius Pereira, Philosophus ac Medicus Hispanus, in opere triginta à se annis elaborato; quod ab Antonii, & Margaritæ, parentum suorum nominibus, Antonianam Margaritam inscripsit. Nimirum censent ea, que nos facultati sensiva tribuimus, proficisci à quadam sympathia, & antipathia: quemadmodum enim succinum trahit paleas, magnes ferrum; sic muta animantia trahi à speciebus rerum amicarum. Hanc sententiam, sed præterito popularis sui nomine, paucis refellit Franciscus Vallesius, de sacra Philosophia cap. LV. Et sane ridiculum, imo insanum est, putare, canem non sentire, cum videamus cum odoratu prius cibos explorare; & prout magis, vel minus famelicus sit, vel etiam delicatius, aut vilius sit educus; ita vel opipari quid expetere, vel deterioribus esse contentum. Itidem videas, sic dominum suum revereri; sic etiam eos odisse, qui male fecerint; illis adulari, hos adlatrare; ejulare, si percusseris; supplicare, si vinneris. Et quid apertius, quam coitus sic desulderio affici; catulorum sic curâ tangi; præ metu etiam aliò eos transferre? Denique multos etiam in annos meminit, & beneficii, & injuriæ accepta, ut alia id genus præteream. Nunc suffecerit, quod



*quod longe aliter sacra philosophetur Scriptura, Job. xxxix. vers. 28. Jes. i. vers. 3.*

Gornetius ille Pereira librum suum edidit ann. c1515. de argumento, ut fatetur, in initio, quod ante se *nullus nec scriptis nec verbis protulit. Quare etiam iudicio subiecit ac correctioni summi Pontificis, ac Ecclesie Romanæ.* Adeo autem omnem sensum bestiis derogat, ut neque exteriores illis concedat, sed quicumque motus in illis visuntur, contendat *non fieri à brutis videntibus, aut audientibus, aut gustantibus, seu per quemcunque alium sensum exteriorum seu interiorum vitaliter sensifice immutatis.* Quare etiam proprie illis ipsorum organis non competere vult sensuum nomina, & *autem quæ ab audiendo nomen assumpsit, brutorum non esse simpliciter nominandam, nec oculum, qui ab oculando, & sic porro.* Quæ habet in Apologia, ad Objectiones Michaëlis à Palacios, ad paradoxum primum: quam edidit a. c1515. Πρωτον ἰσθῶς & verò, quo unico & perpetuo oberrat, est, quod ex brutorum sensatione putat sequi eorundem rationalitatem. Sic quidem, si per omnia pariter sentirent cum hominibus, non tantum sensibiliter, sed etiam rationabiliter, vel mentaliter, uti solet loqui & colligere, sed perperam, *bruta sensationibus exterioribus equalia nobiscum esse.* pag. 3. Anton. Margaritæ; & pag. 14. *nos pares irrationabilibus.* Bruta autem quamvis

vis sentiant; non utuntur tamen ratione, neque in causas inquirunt, non componunt & dividunt, abstractione & discursu intellectuali, neque formant universalia; sed supra sensus, & perceptionem rerum quarundam externarum & simplicium non adscendunt: circa quas cum mirifice versari illa videamus, cogimur occultam animæ in illis eorum actionibus vim agnoscere, quam adversarius constituit in ipsorum corporibus, quando aut à speciebus præsentium moventur, aut absentium phantasmatis. Sic enim loquitur, Antonianæ Margar. pag. 45. *Satis evidentibus dictis probatum superest, quam præ manibus, ut inquirunt, facultas occulta versetur in quamplurimis effectibus, etsi non qualis est, à Physicis multis noscatur. Quo supposito fundamento, ut brutorum motuum causas citra sensationem ullam illorum reddam, &c.* Et in libri fine, pag. 286. *hæc phantasmata asservata à multo tempore in occipite canis præfente domino, moventur ad partem anteriorem cerebri, ibique afficiendo non cognitive, ut in hominibus, sed occulta vi, partem illam, à qua mediantur originantur nervi moventes crura, & corpusculum canis, gesticulari eundem faciunt.* Ubi illi occultam vim, nobis integrum sit ponere sensitivam. Et quod passim dicit, proportionale aliquid in brutis esse nostris sensitivis, quare non pariter dicamus, proportionale aliquid seu analogum in illis deprehendi nostræ cognitioni, ut tamen

non sit rationale? pag. 47. *in prahabitis, accingor reddere causam prioris speciei motus brutalis, quam esse dico in motibus insequentibus species rei prosequenda, aut fuganda, inducitur per nonnullum organum, proportionale illis, quibus sentimus, usque ad eam partem cerebri, quæ origo nervorum est, quæ objecti illius presentis specie affecta, vel proportionali speciei, necessario sic statim contrahit & distendit diversas partes animalis, ut eas docet ad motum exequendum, ut occulta qualitate inducitur à ferro in magnetem, vel succini in paleas, ipsa versus inducentia aguntur. sed de his viderint Philosophi. Neque nostrum est, penitus in brutorum animas inquirere, quas esse flammulam aliquam intra animalis corpus accensam, vegetationis, sensus, aliarumque omnium vitalium actionum principium, videat qui volet multis ingeniose & docte exponentem in Physicis Petrum Gasfendum, Philosophum hoc sæculo ab antiquorum & hodiernorum scitis instructissimum, ideoque nulli secundum.*

X.

*An corpus pars hominis sit essentialis? Aff.*

Quia ad hominis facit essentiam, qui est ens non per accidens, sed per se, constans animâ & corpore, quorum neutrum per se hominem constituit, sed utrumque secum junctum. Ac proinde in generatione utrumque requiritur, & de essentiâ Christi hominis fuit, ut naturam humanam haberet ex semine mulieris: & homo,

uti in corpore, tanquam sui parte essentiali, vel *male* agit, vel *bene*; sic in *resurrectione* idem corpus accipiet, ut in eo *judicetur*, vel *præmio* afficiendus, vel *pœnâ*. Quare Theologi in istis articulis passim docere solent, corpus esse partem hominis essentialem. Vel essentialem integram dicas, res eòdem redit.

Anima quidem est pars præcipua, & inde propterea homo sæpe denominatur, sed non sola, aliquando enim etiam denotatur à corpore. Tertullianus, de Resurrect. carnis, porro *nec anima per se ipsam homo, quæ figmento jam homini appellato postea inserta est; nec caro sine anima homo, quæ post exilium animæ cadaver inscribitur. Dixerat, hominem autem memento carnis proprie dici, quæ prior vocabulum hominis occupavit: & sinit Deus hominem, limum de terrâ. Jam homo, qui adhuc limus. Et insufflavit in faciem ejus, flatum vitæ, & factus est homo, id est, limus in animam vivam. Et postea, aut enim nihil in hominem destinatur, non liberalitas regni, non severitas judicii, non quodcumque est resurrectio: aut si in hominem destinatur, necesse est in eas substantias destinatur, ex quibus homo structus est, in quem destinatur. Tam enim corpus homo, quam & anima.*

Remonstrantes, in Apol. cap. xix. hinc suspendunt controversiam de resurrectione eorundem corporum, pag. 217. *nec fieri potest ut solidè lis hæc decidatur, quamdiu certo non constat, An hoc corpus pars essentialis hominis, an verò in-*  
*stru-*

strumentum tantum sit anima humana, quatenus in hac vita ejus ministerio indiget, ad se in eo sustentandum, & quod in futurâ vitâ plane necessarium non erit. Ad quæ Cl. Triglandius, Antapologia cap. I. pag. 643. hac ratione pronitum omnino esset negare resurrectionem corporum. Nam si corpus non sit pars essentialis hominis, sed instrumentum duntaxat anime, quatenus ea illius ministerio in hac vitâ indiguit, quo in alterâ non indigeat, quid opus erit resurrectione? Secundum ea, quæ dixerat olim Simon Episcopus, Disputatione privatâ XXI II. §. IV. Resurrectionem cum dicimus, talem intelligimus, qua corpus spiritui rursus conjungitur, sive uti altera pars essentialis, hominem constituens, sive ut instrumentum tantum spiritui ad actiones extra se producendas, necessarium, quod quidem maxime verisimile nobis videtur: ideoque ad identitatem sive individuitatem hominis non pertinere identitatē corporis, asserit. §. VIII. Eadem sententia est Socinianorum: de quâ diximus Tom. III. lib. V. cap. 11. & disputat Becmanus, Exerc. Theol. xxx. duas esse partes hominis *Græcè* *εἰς*, animâ rationalem, & corpus humanū. Quod ipsi in primis è sacrâ Scripturâ deducitur.

XI.

Jam ut de illis aliter nonnunquam Philosophi disputent, Theologia tamen aliter statuere non potest; quam à Philosophiâ juvari oportet, non impugnari, vel destrui. Eaque mihi probatur Philosophia, quæ ad Theologiam se



accommodans, ei nullam vim adfert aut damnum: tum quæ junctâ Theologiæ, vel Theologia ei, nil mali conciliat utrique. Denique quæ nulli mancipata, præterquam soli veritati, etiam à Theologiâ emendari se patitur, & perfici. Certe non abest à blasphemiâ, Scripturam accusare, quasi per eam corrumpatur philosophia vel quod una ex causis corruptæ philosophiæ sit, quando per S. Scripturam fit Theologica: quandoquidem cuiusq; rei, vel scientiæ Scriptura additur, nisi malæ, quæ & argumentum est, malam esse, & talem agnosci; semper eam meliorem reddit, deteriolem nunquam.

Hominibus servire, atque auctoribus sacramentum dicere, Philosophotum fuerit aliquando, non est Philosophiæ, certe Theologiæ neutiquam. Balhaldus, in fin. Commentarii, quem supra nominavimus: *viderunt ejus* do nobili loquitur, & eximio fateor Philosopho, non tamen irrefragabili, & cujus philosophiam non aspernor. Theologiâ etiâ corrigendam, quæ proinde ut non alibi sic apud Theologos minimè debeat constituere partes *sectatores, nec in seopulari esidem, ac d' eripat etici, omnia a præceptoris dogmata tuendo, impingant.* Sapientè oportet esse *ὀκλειπιδύ*, & omnia probare, quod verò bonum est in quocunq; vel amico, vel hoste, quamvis hostis hæc non sit, retinere. Sunt enim Apostoli verba, *omnia probate: quod bonum est retinete.* 1 Thess. v. 21. Atque hoc est in probandis omnibus *ὀκλειπιδύ* in retinendis veris, & Scripturæ in primis veritate ac dignitate religiosum, nec vel scepticum, vel libertinum. Seneca de otio sapientis *non quis a legem dixerim mihi, nihil contra dictum Zenonis Chrysi, que committere: sed quis a rei ipsa patitur mihi in illorum senectutem: quam si quis semper vivit sequitur, non in vita, sed factiois est.*

F I N I S.